

PETRUS DE ALVERNIA
QUAESTIONES SUPER PRAEDICAMENTIS: AN EDITION

Robert Andrews

Introduction to the Text

Peter of Auvergne was active as master of arts at Paris in the 1270s. This edition of his *Quaestiones super Praedicamentis* is based on the two known manuscripts, ms. Paris Bibl. Nat. lat. 161.70, ff. 89r -99r, and ms. Firenze, B. Laur. Conv. Soppr. S.Croce plut. XII sin. 3, ff. 3v-7v. Both manuscripts are from the early fourteenth century.

P: The Paris manuscript is described by B.Bazán in *Les Philosophes Médiévaux* XI (1971): 351ff., and by W.Senko in *Repertorium commentariorum Medii Aevi in Aristotelem latinorum quae in bibliothecis publicis Parisiis asservantur = Opera Philosophorum Medii Aevi* 5.2 (1982): 52ff. Cf. also H.V.Shooner, *Codices manuscripti operum Thomae de Aquino* III (1985): 316. *P* is a composite ms. The part that contains Peter of Auvergne's questions on the *Ars Vetust* (ff. 82-112) was copied by two different scribes, called *N* and *O* by Bazán. *O*'s part, ff. 92-103, must have been finished first; this explains why *N* had to leave more than one blank page (end of 91rb + 91v) in the middle of q.17. The two scribes need not have used different models, only different parts of a manuscript.

F: The Florence ms. is listed in vol. 4 of Bandini's catalogue (1777); cf. *CIMAGL* 3 (1970): 3-5, *CPhD* VI.1 (1976): x, *CPhD* VII (1977): xii. For the question of authenticity and the relationship to a partly identical collection of questions in ms. Madrid 1565, see J.Pinborg, 'Petrus de Alvernia on the Categories' in *CIMAGL* 14 (1975) 40-46.

The edition is based on *P*, with significant variants from *F*. Any deviation from *P* is indicated in the apparatus criticus; *F* is adopted in most cases only where a homoeoteleuton in *P* is arguable. *P* is certainly a better text than *F*; a complete apparatus for both mss. has been offered in q.20 for purposes of comparison. *P* has an iteration in q.10 and of the entire question 29, in which can be seen the slight mutations which might be expected from the scribe. *F* has some egregious misreadings; thus in

question 47.37-8 when an example describes the striking of a bell in a bell-tower [*in campana*], F speaks of striking a bell *cum pane*, which indicates the unreliability of the scribe, if also the hardness of his bread. Spelling has been normalized, except in some significant cases where the manuscript spelling is indicated in the apparatus, as in the divisions of mathematics in qq.38-9. I have taken the paragraph divisions of the manuscripts as a guide without obligation. Preliminary arguments and their responses are numbered; in only q.31 are arguments in opposition indicated by (a), (b), and (c), for only there does Peter respond to a series of arguments in opposition. The first two questions of the commentary give a bad example, for they are atypically merged, and the sections of each question indicated by (1) and (2). The numbering of the questions preserves that of Pinborg in *CIMAGL* 14 (1975):41-4; I have found it necessary to emend only the numbering of qq.51-2, which are one question.

For the apparatus fontium I have had great benefit of J.Hamesse's *Les Auctoritates Aristotelis* (= *Les Philosophes Médiévaux XVII* [1974]); the language of Peter's paraphrases indicates that he used one of the predecessors of this florilegium. In the many instances where appropriate I have reproduced the auctoritas from Hamesse. For lemmata and citations from the *Categories* I have followed *Aristoteles Latinus* I,2, *editio composita*, and for other Aristotle passages *Aristoteles Latinus* where available; for the remaining citations I have indicated briefly my source.

Index quaestionum

1. Utrum de praedicamentis possit esse scientia.
2. Utrum ista scientia possit esse una de decem praedicamentis.
3. Utrum praedicamenta sint de consideratione logici.
4. Utrum aequivoca habeant esse.
5. Utrum aequivocum sit una dictio.
6. Utrum plura significet aequivocum per respectum ad unum audientem.
7. Quare Aristoteles definiat aequivoca in plurali potius quam in singulari; quare prius ponit definitionem aequivocorum quam univocorum; quare prius ponit definitionem univocorum quam denominativorum.
8. U. Aristoteles bene dicit quod aequivoca dicuntur quorum nomen commune etc.
9. *Denominativa dicuntur* etc.: Quaeritur hic quam denominationem intelligat.
10. Quare concretum de genere substantiae, sicut homo, potius est in genere substantiae quam concretum accidentis sicut album.
11. Utrum terminus accidentalis concretus substantiam significat sive subiectum.
12. De sufficientia praedicamentorum.
13. Utrum sit verum quod accidens semper est in subiecto.
14. Utrum forma substantialis possit esse in subiecto.
15. Utrum praedicamenta sint plura decem vel pauciora.
16. Utrum haec substantia quae est praedicamentum sit genus substantiae hic inferioris et substantiarum separatarum, quae substantiae sunt incorruptibiles.
17. Utrum substantia quae est genus sit substantia quae est materia vel substantia quae est forma vel substantia quae est compositum.
18. Utrum sit verum quod album de subiecto praedicatur, rationem autem impossibile est praedicare.
19. Utrum substantiae sit aliquid contrarium.
20. Utrum substantia suscipiat magis et minus.
21. Utrum differentia sit substantia.

22. Utrum differentia praedicatur univoce.
23. Utrum sit verum quod proprium est substantiae, cum sit una et eadem numero, quod sit susceptibilis contrariorum.
24. Utrum quantitas sit genus.
25. Supposito quod quantitas sit genus ad continuam et discretam, de qua istarum dicatur per prius.
26. Utrum numerus sit quantitas.
27. Utrum numerus sit unus.
28. Utrum oratio sit quantitas per se.
29. Utrum oratio differat essentialiter a numero.
30. Utrum tempus et oratio sint quantitas una.
31. Utrum locus sit quantitas per se.
32. Utrum motus sit quantitas per se.
33. Utrum quantitati sit aliquid contrarium.
34. Utrum linea sit quantitas.
35. Utrum linea componatur ex punctis.
36. Quare sunt quinque species quantitatis continuae et non nisi duae quantitates discretae, et in quo differat continuum et discretum.
37. Quare mathematicae scientiae sunt de quantitate tantum et non de aliis generibus.
38. Quare sunt quattuor mathematicae et non plures.
39. Quare est una mathematica de lineis, sicut geometria, et non de corporibus et superficiebus.
40. Propter quid est una mathematica de numero, scilicet arithmetica, non sic autem de oratione.
41. Quare non una mathematica est de loco et tempore sicut de aliis speciebus quantitatis.
42. Utrum Aristoteles male dicat in littera cum dicit "quantitatis aliud continuum aliud discretum"
43. Quare Aristoteles determinans de quantitate non definit ipsam sic: "quantitas est secundam quam quanti dicimur"?
44. Utrum bene dicat Aristoteles quod quantitati nihil est contrarium et quod non suscipit magis et minus.
45. Utrum sit verum quod proprie proprium est quantitati secundum eam aequale vel inaequale dici.
46. Utrum relatio sit ens.

47. Utrum relatio sit res rationis.
48. Utrum relatio sit substantia.
49. Utrum sit verum quod creator relative se habeat ad creaturas.
50. Utrum relatio requirat duo extrema.
- 51/52. Utrum relatio quae est inter duo extrema, sicut inter Socratem album et Platonem, sit eadem numero.
53. Utrum relativum sit genus.
54. Utrum relatio sit genus generalissimum.
55. Utrum relatio habeat contrarium.
56. Utrum relativa suscipiunt magis et minus.
57. Utrum relativa sint simul natura.
58. Utrum relatio habeat contrarium, et utrum suscipiat magis et minus.
Cf. quu. 55-56.
59. Utrum differentia substantialis sit qualitas.
60. Utrum habitus et dispositio faciant unam speciem qualitatis.
61. Quare non sic definivit quantitatem superius, ut diceret quod quantitas est secundum quam quanti dicuntur vel toti.
62. Utrum accidens in abstractione suscipiat magis et minus.

Conspectus siglorum:*In textu:*

<....>	= addenda censeo
[....]	= delenda censeo
+....+	= corrupta esse videntur
<<...>>	= litterae illegibiles
/P93ra/	= incipit prima columna folii 93 recti codicis P

In apparatu:

P	= codex Parisinus, BN: lat. 16170
F	= codex Florentinus, B. Med. Laur.: S.Crucis plut. XII sin., 3
P corr.	= corrector codicis P
add.	= addidit
del.	= delevit
exp.	= expunxit
om.	= omisit
iter.	= iteravit
in mg.	= in margine
s.l.	= supra lineam
a.c.	= ante correcturam
l.	= linea
n.	= nota
vel	= fieri potest ut legi debeat
cf.	= confer(endus/a &c.)
ibid.	= ibidem

Petrus de Alvernia
Quaestiones super Praedicamentis

Quaestiones 1-2

/P89rb/ /F3vb/

Aequivoca sunt quorum nomen est commune solum, etc.

Circa librum istum, scilicet Praedicamentorum, quaedam quaeruntur in generali.

1 Primum est utrum de praedicamentis possit esse scientia. 5

1. Et argueret aliquis quod non, quoniam scire est per causam, ut scribitur primo Posteriorum; praedicamenta autem non habent causam, cum sint prima rerum genera; ergo de eis, ut videtur, scientia non poterit esse.

Oppositum patet per Aristotelem, qui scientiam facit de praedicamentis. 10

2 Tunc quaeritur utrum ista scientia possit esse una de decem praedicamentis.

2. Arguitur quod non, quoniam illa non sunt unum sed diversa; ergo scientia de eis non potest esse una. 15

Oppositum arguitur, quoniam eorum quae attributionem habent ad unum potest esse scientia una. Nunc autem ista decem rerum genera attributionem habent ad unum, quoniam ad substantiam. Omnia enim attributionem habent ad substantiam, ergo videtur quod eorum potest esse scientia una. 20

Ad haec prima duo respondendum est.

(1) Primo ad primum. Cum quaeritur utrum de praedicamentis possit esse scientia, dicendum est: ad hoc quod de aliquo sit scientia requiritur quod ipsum habeat causam et etiam causam per se. Quod autem habeat causam patet per Aristotelem primo Posteriorum, qui dicit quod scire est per causam, et ex hoc concluditur quod non entis non est scientia, cum non habeat causam. Quod autem habeat causam per se patet, quoniam si haberet causam per accidens, tunc de eo non esset scientia; non enim de hiis quae sunt a casu et fortuna est 25 30

scientia, cum habeant causam per accidens, ut dicit Aristoteles secundo Physicorum. Requiritur etiam quod ipsum sit universale, et ex hoc concluditur quod singularium non est scientia eo quod singularia sunt, quia tunc non sunt universalia. Nihilominus tamen potest esse scientia de aliquo, quae idem est quod certa cognitio ipsius, et haec datur per definitiones et descriptiones; et hoc modo potest esse scientia de praedicamentis, cognoscuntur enim per quasdam definitiones et descriptiones. Et cum non habeatur de praedicamentis scientia per causam, cum ipsa non habeant causam, tamen isto modo per definitiones et descriptiones potest de hiis esse scientia. 35 40

Et item licet non habeant causam ipsa in linea praedicamentali, possunt tamen habere causam aliam sicut efficientem vel finalem. Cum ergo quaeritur utrum de hiis sit scientia, visum est quod sic. 45

1. Et ad rationem patet solutio. Cum dicitur quod scire est per causam, dicendum quod scientia duplex est. Est enim uno modo habitus cognitionis demonstrativae, et talis datur per causam. Alio modo est scientia idem quod certa rei cognitio, et talis scientia est de praedicamentis. Istam autem non oportet esse per /P89va/ causam. 50 Et sic patet solutio ad illud.

(2) Ad aliud quod quaeritur utrum possit esse scientia de illis una, dicendum quod sic. Sufficit enim ad unitatem scientiae, quod omnia quae determinantur in scientia attribuantur alicui uni subiecto; talia sunt praedicamenta, attribuantur enim enti incomplexo secundum quod ordinabile in genere; ideo etc. Quod autem ens attribuitur primo substantiae, et aliis ex consequenti, de hoc non est curandum quantum ad hoc. 55

2. Ad rationem cum dicitur quod ea quae hic determinantur non sunt unum, dicendum quod quamquam de hiis non sit una scientia secundum quod per se sumuntur, de hiis tamen est scientia una secundum quod attribuantur enti incomplexo ordinabili in genere. 60

1. sunt...solum] dicuntur **F** 6. non] omnis scientia est per causam **add. F** 6. ut] **om. P** 12. ista scientia] scientia non **F** 12. una] **om. F** 16. ergo...una] ergo de eis non potest esse scientia in **mg. F** 29. causam] causam scientiae **F** 30. causam 1] scientiam causam **F**; causas **P** 31. haberet] haberent **F**, habeat **P**. 32. fortuna] forma **F**; non **add. P** 37. quae] quod **PF** 38. haec] hoc **PF** 39. cognoscuntur] cognoscitur **P** 48. cognitionis **PF**] fort. conclusionis **scribendum**. 56-7. enti ... or-

dinabile] substantiae, id est, enti incompleto ordinabili **F** 58. consequenti] et add. **P**
63. enti...genere] dicibili incomplexo, etc. **F**

1. Aristoteles Cat. 1 1a1: Aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, secundum nomen vero substantiae ratio diversa 6-7. Aristoteles An. Post. I,2 71b10-2; Hamesse 311 (8): Scire est causam rei cognoscere et quoniam illius est causa, et non contingit aliter se habere. 28-9. Ibid. 32-34. Aristoteles Phys. II,6 197a5-6; Hamesse 146 (77): Fortuna est causa secundum accidens in his quae fiunt a proposito secundum finem.

Quaestio 3

Tunc quaeritur utrum praedicamenta sint de consideratione logici.

1. Et arguitur quod non, quoniam cuius est considerare ens, eius est considerare modos entis; metaphysicus considerat ens; ergo considerat modos entis. Modi enim entis sunt praedicamenta; ergo praedicamenta non erunt de consideratione logici, sed potius de consideratione metaphysici. 5

2. Oppositum arguitur. Logicus considerat secundas intentiones; praedicamenta autem sunt supra quae fundatur secundae intentiones; ergo etc.

Ad hoc dicendum quod de praedicamentis possumus loqui dupliciter: aut secundum sui entitatem et essentiam, et sic sunt de consideratione ipsius metaphysici; aut secundum quod in ipsis fundantur secundae intentiones, et sic ea logicus considerat. 10

1.-2. Argumenta autem procedunt suis viis.

1. praedicamenta] om. **F** 4. Modi...praedicamenta 1] praedicamenta sunt huiusmodi **F**
5. logici] dialectici **F** 11. entitatem et essentiam] entitatem et naturam et esse **F**;
intentionem et essentiam **P** 12. secundum quod] secundum **P** 13. intentiones]
communes add. **F** 14. Argumenta...viis] om. **F**

Quaestio 4

Tunc quaeritur specialiter. Et cum auctor definiat aequivoca, quaeritur utrum habeant esse.

1. Et videtur quod non, quoniam unius perfectibilis una est perfectio; sed significatio est perfectio dictionis; ergo tantum habebit dictio unum significatum, et sic non erit dictio plura significans, nec per consequens erit aequivoca. 5

2. Praeterea unius perfectibilis una debet esse perfectio; sed ratio significandi est perfectio dictionis; ergo unius dictionis una erit ratio significandi, et non plures. Et si una est ratio significandi, unum est significatum tantum; et sic non erit dictio aequivoca, cum non sit dictionis nisi unum significatum. 10

Oppositum patet per Aristotelem, qui aequivocorum ponit definitionem, et sic ponit illa esse.

Ad hoc dicendum est quod aequivocum est possibile et utile. Quod autem sit possibile probatio: quoniam ipse imponens, cum imposuit aliquam vocem ad significandum in aliquo tempore, illam eandem vocem potuit imponere ad significandum aliud in alio tempore, vel etiam alius impositor. Quod autem sit utile patet quoniam sicut dicit Aristoteles res sunt infinitae, nomina vero finita; ideo oportuit unum nomen plura significare. 15 20

1. Ad istud quod arguitur in oppositum, "unius perfectibilis una debet esse perfectio", concedatur. Et cum dicitur "significatio est perfectio dictionis", dicendum quod falsum est; immo ratio significandi.

2. Et sic dicendum ad aliud. Cum dicitur in minori "ratio significandi", et tunc dico quod verum est. Et ideo bene concludit quod dictio non est aequivoca, non tamen concludit quod vox non sit aequivoca. 25

1. quaeritur specialiter. Et] specialiter et quaeritur P; quaeritur specialiter F 1. definiat] defineat P 3-4. perfectio] vel debet esse add. F 10-1. tantum...significatum] om. P 13. esse] Et patet etiam ad secundum add. P 14. utile] tamen hoc est utile P 16. imposuit] imponit P in aliquo tempore] aliquid in aliqua parte F 19. Aristoteles] in primo Elenchorum add. in mg. F 21-2. una debet esse perfectio] etc., eadem modo P 22-4. significatio...minori] om. P 25. significandi] est perfectio dictionis add. P 25. et tunc dico] dicendum P 26-7. non 2...aequivoca] om. P

1. Aristoteles Cat. 1 1a1-2: Aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, secundum nomen vero substantiae ratio diversa. 12. Ibid. 18-9. Aristoteles Soph. Elen. 1 165a10-13; Hamesse 332 (3): Nomina sunt finita, res vero infinitae, quare necesse est unum nomen plura significare. Cf. etiam Metaph. III,4 999a27; Porphyrius Isagoge c.6.12-3 (12.7-8); Boethius In Porph. I c.27 p.82.22; Avicenna Logyca III (Venetiis 1508) 12va

Quaestio 5

Consequenter quaeritur utrum aequivocum sit una dictio.

1. Et arguitur quod sic, quoniam si non esset una, tunc causa apparentiae aequivocationis non esset identitas dictionis eiusdem secundum substantiam et secundum modum proferendi; hoc autem est falsum; ergo etc. 5

2. Item dictio et pars convertuntur; sed aequivoca est pars una, ergo erit dictio una.

Oppositum arguitur, quoniam dictio dicitur esse una a ratione significandi; sed in aequivoco sunt plures rationes significandi; ergo nec erit una dictio, sed plures. 10

Et ad hoc dicendum quod aequivocum non est dictio una, quia dicitur dictio esse una ratione significandi; nunc autem in aequivoco non est una ratio significandi, sed plures; ideo relinquitur quod non est dictio una.

Sed intelligendum quod differunt signum, vox, pars, et dictio. 15
Signum enim dicitur a ratione significandi indifferenter; vox autem dicitur a ratione significandi mediante re de praedicamento qualitatis, et sic determinate, et hoc supra signum addit. Dictio autem cum sit aggregatum ex voce et significato dicit rationem significandi quam sibi imponens tribuit; pars autem dicitur per modum essentialem 20 significandi. Dico ergo /P89vb/ quod in aequivoco signum est plura, vox autem una, quoniam ipsa cum sit eadem potest habere plures rationes significandi. Dicitur autem dictio plures, cum sint plures rationes significandi. Et est pars una cum in ipso aequivoco sit unus modus significandi. Dico igitur quod non est dictio una. 25

1. Ad rationes in oppositum, cum dicitur primo quod causa apparentiae aequivocationis non esset <identitas> dictionis, dicendum quod verum est, sed <haec non est causa apparentiae, sed> unitas vocis secundum substantiam et secundum modum proferendi; et propter hoc non concludit. 30

2. Ad illud quando dicitur quod pars et dictio convertuntur, visum est quod non; immo differunt prout dictum est. Et sic est solutum illud.

2. una] dictio una **F** 3. apparentiae] apparenti **P**; in fallacia **add. F** 9. in
 aequivoco] aequivoca **P** 9. rationes] **om. P** 12. dicitur dictio esse] dictio **P**
 14. una] sed plures **add. F** 15. pars, et dictio] et pars **P** 16. Signum enim]
 significatum **F** 16-7. indifferenter...dicitur] et differt autem vox **F** 18. et hoc] etsi **P**
 18. cum] quod **P** 20. imponens tribuit] attribuit intelligens **F** 21. Dico...plura]
 dictio ergo in aequivoco significat plura **F** 23. Dicitur...sint] Ideo est plures, et hoc
 quia sunt **F** 24. cum] **om. P** 26-33. Ad rationes...illud] Ad rationes cum dicitur quod
 pars et dictio convertuntur, dico quod differunt ut patet **F**

Quaestio 6.

Postea quaeritur utrum plura significet aequivocum per respectum ad unum audientem.

1. Et videtur quod sic, quoniam aequivocum plura significat in actu; ergo cum plura significet actu, videtur quod illa significet per respectum ad unum audientem.

5

2. Item si plura non significaret actu respectu unius audientis, sed unum prius et reliquum posterius, iam non differret ab analogo; hoc autem est falsum; ergo videtur quod plura significet, etc.

Oppositum arguitur, quoniam signum dicitur significare plura <si plura> significata significantur ab illo signo; nunc autem plura significata non possunt esse actu respectu unius audientis, quoniam non possunt simul intelligi, impossibile est enim plura intelligere simul; ergo cum plura significata /F4ra/ actu non intelliguntur, nec unum signum sicut aequivocum poterit actu significare plura respectu unius audientis.

15

Ad hoc dicendum est quod aequivocum non significat plura respectu unius audientis actu, et hoc patet per rationem ad hoc adductam. Impossibile est plura actu simul intelligere; immo cum plura sint significata in ipso aequivoco, ipsa non poterit simul actu intelligere unus audiens, sed unum in uno tempore, aliud in alio tempore.

20

1. Et per hoc patet solutio ad primum argumentum. Cum dicitur quod plura significat etc., dicendum quod quamquam plura significet actu, non tamen ipse audiens intelligit ipsa actu, sed sicut dictum est, et licet sciat quod plura actu significet.

25

2. Ad aliud quando arguitur quod si non significaret actu etc., quod non differret a analogo, dicendum quod non sequitur. Analogum bene significat unum per prius et aliud per posterius; illud

tamen quod significat per posterius significat per attributionem ad
 primum, ut ens, cum primo significet substantiam, et per posterius 30
 accidens; ipsum tamen accidens significat per attributionem ad sub-
 stantiam. Ipsum tamen aequivocum non sic significat, non enim sig-
 nificat unum significatum per attributionem ad aliud, sed ipsa signi-
 ficat ut distincta sunt ad se invicem per suas rationes diversas. Et
 ideo licet unum significatum apprehendatur ab audiente in uno tem- 35
 pore, aliud autem in alio, nihilominus differt ab analogo, quia ipsa
 significat distincta, non unum per attributionem ad aliud.

1. plura] actu add. F 7 differret ab] differt a P; videretur differre ab F 10. signo]
 significato PF 11. respectu] om. P 12. intelligere] significare F 16-7. dicendum ...
 hoc 1] om. F 20-1. unum...tempore] successive F 24. intelligit] intelligere P
 25. sciat] sciant P; senciat F 26. si non significaret] non significat P; si non significet F
 29. quod] significat posterius add. P 29-31. significat...accidens 1] per prius significet
 est accidens F 29. per 1] om. P 35. apprehendatur] comprehendatur F 37.
 unum] autem F

Quaestio 7

Aequivoca dicuntur quorum nomen etc.

Quaeritur quare definiat aequivoca in plurali potius quam in sin-
 gulari; postea quaeritur quare prius ponit definitionem aequivocorum
 quam univocorum, et quare prius ponit definitionem univocorum
 quam denominativorum. 5

Et ad ista intelligenda sciendum quod praedicamenta triplicem
 habent comparisonem: aut enim habent comparisonem ad suum
 superius, aut ad sua inferiora, aut ita est quod id quod est in uno
 habet comparisonem ad alia quae sunt aliorum generum. Cum igitur
 prior sit comparatio cuiuslibet ad suum superius quam ad suum 10
 inferius, decem autem praedicamenta comparantur ad ens tamquam
 ad suum superius, licet analogice sive aequivoce, hinc est quod prius
 ordinavit eorum definitionem.

Quia etiam aequivocum non solum reperitur in uno praedicamento,
 sed et in omnibus, cum omnia aequivoce comparentur ad aliquid 15
 unum, hinc est quod aequi- /P90ra/ -voca dicuntur in plurali, ad
 denotandum quod non solum reperitur in uno sed in pluribus.

Quia etiam prior est comparatio alicuius ad ea quae sunt in suo genere, quam alia quae sunt aliorum generum, hinc est quod prius definit univoca quam denominativa.

20

Item quia substantia non solum comparatur univoce ad ea quae sunt in suo genere, sed etiam alia praedicamenta ad ea quae sunt <in suis generibus> univoce comparantur, ideo univoca definit in plurali.

Item quia substantia non solum denominatur ab hiis quae sunt in genere suo, sed etiam ab hiis quae sunt in aliis generibus, hinc est quod denominativa definit in plurali.

25

Et sic patet solutio ad praedicta.

1. Aequivoca...etc.] om. F 2. definiat] dicit P 4. et...denominativorum] et denominativorum F 7-8. suum superius] superiora P 8. uno] genere add. F 11. decem] Quod P 11. ens] eas P 15. aliquid] om. F 16. dicuntur] definit F 21-3. Item...plurali] om. F 22-3. in suis generibus] genere P; deest F 25. genere suo] uno genere F 25. hiis...in] om. F 26. plurali] et non in singulari add. F

1. Aristoteles Cat. 1 1a1: Aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, secundum nomen vero substantiae ratio diversa

Quaestio 8.

Consequenter quaeritur de hoc quod dicit in littera, quod aequivoca dicuntur quorum nomen commune etc.

1. Contra, aliquis argueret: quoniam nomen aggregatum est ex voce et significato; nunc autem significatum non est commune, ergo nec nomen; igitur, ut videtur, male dicit.

5

2. Praeterea dicit quod ratio substantiae eadem etc. Arguitur quod male dicat, quoniam quaedam sunt aequivoca accidentis; nunc autem non dicit, "quorum ratio accidentis"; quare videtur quod male dicit. Et ideo quaeritur quare potius definit per substantiam quam per accidens.

10

3. Postea videtur quod non debeat aequivoca definire, quoniam solius univoci est definitio secundum quod dicitur communiter; cum auctor definiat aequivoca, videtur quod sint univoca.

1. Ad primum istorum dicendum. Quando dicitur quod dicit nomen, dicendum quod accipit nomen pro voce. Vel potest dici quod cum nomen sit una pars, pars autem una dicitur per modum signifi-

15

candi; cum autem aequivocum plura significet sub <uno> modo significandi, ideo potest esse unum commune nomen.

2. Ad aliud quando dicitur quod non debet dicere ratio substantiae cum non dicat ratio accidentis, dicendum quod non intelligit substantiam de genere substantiae, sed accipit substantiam pro essentia. Et sic ad illud. 20

3. Ad illud quod arguitur quod aequivoca sunt univoca quia definiuntur, dicendum quod ibi est fallacia secundum quid et simpliciter. Licet enim aequivoca communicant univoce in hoc quod est aequivocari, hoc autem est esse univocum secundum quid. Nec propter hoc potes concludere, si communicant univoce in definitione ista quae est aequivocati vel aequivoci, quod propter hoc sint univoca simpliciter. 25

1-2. quod...etc.] autem aequivocorum est unum nomen commune F 3. Contra, aliquis argueret] contra arguitur F; quod aliquis argueret P 6. eadem] est diversa F 7. dicat] definiat F 9. quaeritur] om. P 12. dicitur] om. P 14. istorum] dicendum add. P 15. quod 1] non tamen add. F 17-8. sub <uno> modo significandi] om. P 18. ideo] illud P 22. essentia] essentiam P 22-23. quia definiuntur] om. F 25. communicant] fortasse convenient PF 25. univoce] simpliciter F 26. aequivocari] aequivocum F 26-9. hoc...simpliciter] et hoc tamen est univocum in definitione ista, quod propter hoc sint univoca F 27. communicant] fortasse convenient P; deest F

1. Aristoteles Cat. 1 1a1: Aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, secundum nomen vero substantiae ratio diversa 11-3. Cf. Simplicius In Praed. I, 40.20-41.27 (ed. Kalbfleisch p. 30)

Quaestio 9

Denominativa dicuntur etc.

Quaeritur hic quam denominationem intelligat.

1. Et videtur quod non intelligat solum denominationem accidentis, quoniam sicut quaedam sunt accidentia in concretione, quae denominative dicuntur ab aliquibus, ut sunt albus, niger, et multa alia, sic sunt quaedam in genere substantiae, sicut concreta, sicut humanus et rationale, quae denominative dicuntur ab aliquo et praedicantur in quale, sicut concreta accidentis, sicut de homine vel de Socrate. Videtur igitur quod non solum denominationem accidentis intelligat sed aliam similiter. 5 10

Ad hoc dicendum quod denominativa solum sunt in genere accidentis. Et ratio huius est quod ad hoc quod aliquid dicatur denominative, requiritur quod praedicetur in quale et etiam accidentaliter. Nunc autem non est aliquod tale denominativum in genere substantiae. Et quamquam sit aliquid quod praedicatur in quale, sicut differentia, non tamen praedicatur in quale accidentale. Ideo non est denominativum. Hoc etiam includit denominativum quod praedicetur in quale accidentale, quia denominativum nihil aliud nominat quam qualitatem accidentalem, dominantem illud cui advenit; et propter hoc <quod> advenit ei, ipsum determinando, denotatur esse accidentalis qualitas. 15 20

1. Tunc ad argumentum, quando dicitur quod huiusmodi concreta praedicantur in quale et sunt de genere substantiae, sicut humanus et rationale, dicendum quod hoc non sufficit. Immo ulterius requiritur quod praedicetur accidentaliter. Quod cum in eis deficiat, ideo non debent dici denominativa. 25

5. dicuntur] dominantur **F** 7. humanus] humanitas **F** 7. dicuntur] iter. **P**
 10. sed aliam similiter] et etiam aliam intelligat. Similiter **P** 13. denominative] denominativa **P** 18. nominat] denominat **F** 19. accidentalem] om. **F** 23. humanus] humanitas **PF** 24. rationale] rationalitas **F** 25. deficiat] definiat **F**

1. Aristoteles Cat. 1 1a12-4: Denominativa vero dicuntur quaecumque ab alio, solo differentia casu, secundum nomen habent appellationem

Quaestio 10.

Postea quaeritur quare concretum de genere substantiae, sicut homo, potius est in genere substantiae quam concretum accidentis sicut album, cuius abstractum in genere /P90rb/ praedicatur sicut albedo; abstractum autem substantiae non est in genere, sicut humanitas.

Ad quod dicendum est quod concretum accidentis non est in genere, quia illud quod est in genere per se praedicatur de omnibus illis quae continentur sub illo. Nunc autem ita est quod concretum accidentis, sicut album, non praedicatur de alio per se nec est ens per se; immo ens per accidens, cum subiectum et accidens, quod significat hoc quod est 'album', unum sunt per accidens. Albedo tamen, quia per se praedicatur de hac albedine et de illa, ideo dicitur esse in genere -- et quodlibet abstractum aliud. Quia tamen econverso est in concreto substantiae, quia concretum substantiae per se praedicatur 5 10

de omnibus contentis sub se, ideo dicitur esse in genere substantiae. Abstractum tamen, sicut humanitas, quia de suppositis non praedicatur, ideo non est in genere. Causa autem quare de suppositis non praedicatur propter duo potest esse, aut quia non dicit nisi formam, et sic non dicit nisi partem quiditatis suppositorum; vel dato quod aggregatum dicat ex forma et materia, quia tamen non includit in se aliquod suppositorum, ideo non praedicatur de ipsis; et sic ad illud.

2. sicut] om. P 3. in genere praedicatur] est in genere accidentis F fortasse recte
4. substantiae...humanitas.] de genere substantiae numquam. F 4. humanitas] Cum
quare add. P 8. nec...se 2] om. F 8. est] per P; deest F 12-4. et...substantiae]
iter. P, his mutatis:

12. quodlibet] licet P prima vice 12-3. econverso...substantiae 1] est concreta, est
substantia P altera vice 13. substantiae 2] om. P prima vice 13. per se] om. P
altera vice 14. in genere] spat. vac. 4 litt. P altera vice

16. ideo] illud P 17. nisi] solum add. F 18. et sic] vel P 18. dicit] praedicat F
19. dicat...materia] dicat et formam et materiam P; 19. non] om. P 19. in se] om. F
20. aliquod] aliud P 20. illud] aliud P

Quaestio 11

Hoc habito, quia dicebatur quod accidens in concretione non est in genere, eo quod significat subiectum et accidens, ideo incidenter quaeritur utrum terminus accidentalis concretus substantiam significat sive subiectum.

1. Et videtur quod non, quoniam idem significat album et albedo; nunc autem albedo subiectum non significat; ergo nec album subiectum significabit.

2. Praeterea dicit Aristoteles quod album solam qualitatem significat, ergo non videtur significare subiectum.

3. Praeterea sicut est in intelligendo, sic est in significando; nunc autem, cum album inhaereat alicui, possum ipsum intelligere praeter hoc quod sic inhaereat; ergo poterit ipsum similiter significare praeter illud cui inhaeret. Et sic album poterit significari praeter subiectum.

Oppositum arguitur sic, quoniam si idem significaret penitus 'album' et 'albedo', tunc de quo non praedicaretur unum, nec reliquum. Nunc autem videmus quod album praedicatur de aliquo, de quo non praedicatur albedo, sicut de subiecto; bene enim dicitur: 'Socrates est albus'; non tamen bene dicitur: 'Socrates est albedo'. Sed

hoc non videtur esse nisi quia subiectum significat. Videtur ergo quod subiectum significat.

20

Praeterea sicut est in essendo, ita in intelligendo et etiam significando. Nunc autem est ita quod album et subiectum possunt se habere in essendo ut unum per accidens. Ergo similiter possunt intelligi ut unum per accidens, et sic per consequens poterunt significari ut unum per accidens.

25

Ad hoc dicendum quod terminus accidentalis concretus sicut 'album' vere subiectum significat, ut volunt philosophi, nam volunt quod talia accidentia in concrezione de subiectis praedicentur. Nunc autem si solum significaret illud quod albedo <significat, sicut albedo> de subiecto <non> praedicatur, sic nec album de subiectis praedicaretur; quia tamen ita est quod de subiecto praedicatur, videtur quod illud subiectum significet. Per hoc enim quod ipsum significat, de ipso praedicatur.

30

Hoc etiam est de intentione Averrois supra librum Metaphysicae, ubi arguit contra Avicennam, qui dicebat quod concretum significat accidens et subiectum, subiectum tamen primo, et ex consequenti accidens sive formam. Et dicit ad hoc Averroës quod potius e converso; significat enim primo formam. Per rationem formae subiectum significat, et sic ex consequenti; hoc tamen est per rationem unam, scilicet per rationem formae. Nec dicitur significare subiectum /F4rb/ sub propria ratione subiecti, sed ipsum significat <ut> informatum tali accidente, et ut unitum tali accidenti.

35

40

Et ex hoc concluditur, scilicet, quod ipsum non sit distinguibile sicut aequivocum. Ipsum significat duo per unam rationem; aequivocum autem illud quod /P90va/ significat non significat per unam rationem, sed per diversas. Et propter hoc distinguitur aequivocum et non univocum.

45

Secundo concluditur quod ibi non sit nugatio, dicendo sic 'homo albus'. Nugatio dicitur esse quando repetitur idem sub eadem ratione; ibi autem non repetitur idem subiectum sub ratione propria subiecti, sed ut unitum est accidenti.

50

Tunc ad argumenta praedicta. Patet solutio ad duo prima.

1. Cum enim dicitur album et albedo idem significant, verum est de principali significato. Album tamen aliquid aliud significat ex consequenti, ut visum est.

55

2. Ad aliud dicitur, quando dicitur quod album est significans solam qualitatem, ut dicit Aristoteles, dicendum quod Aristoteles intellexit hoc dicere de significato principali.

3. Ad aliud quod tu dicis, quod tu potes intelligere accidens praeter hoc quod sit aliquid cui inhaeret, verum est. Sed tamen tu non potes illud intelligere inhaerere quin tu intelligas illud cui inhaeret, quare non poterit significari praeter illud. Cum ergo dicis quod potes intelligere illud praeter hoc quod sit cui inhaeret, verum est. Et cum dicis quod potest illud significare praeter hoc quod aliud significat, dicendum quod illud potest significare praeter hoc quod aliud significet principaliter. Non tamen arguis quin ex consequenti poterit significari. 60 65

Si tamen arguas quod cum pater se habeat relative ad filium, nec possit intelligi pater quin intelligatur filius, et tamen possit intelligi pater praeter hoc quod sit filius ad quem respective se habet, et potest significari praeter ipsum; cum similiter sit a parte ista, quod quamquam non possum intelligere accidens inhaerere praeter illud quod ego intelligam illud cui inhaeret, et tamen possum intelligere illud <ita> quod non sit illud cui inhaeret, videtur quod possit illud significare praeter illud. 70 75

Ad hoc tamen dicendum est quod non est simile de patre et filio. Quoniam et quamquam sit quod possim intelligere patrem secundum illud quod est, non tamen possum intelligere secundum relationem praeter hoc quod significet illud quod est filius, cum unum non possit intelligi praeter alterum secundum quod relativa. 80

Tamen quia ipsum accidens non possum intelligere inhaerere quin etiam intelligam illud cui inhaeret, nec etiam ipsum intelligere possum quin etiam intelligam subiectum esse, cum accidens non habeat aliud esse quam in subiecto, ideo non possum significare illud praeter hoc quod significet subiectum, ex consequenti tamen, etiam quamquam possim intelligere accidens <ita> quod non sit illud cui inhaeret. 85

Et sic patet solutio ad illud.

1. dicebatur] dicetur P 2. incidenter] sic accidentaliter P 3. accidentaliter] om. P
10. in 1] om. P 10. significando] essendo F 11. cum] om. F 11. album] om. P
11. praeter] propter P et sic deinceps exceptis lineis 79 & 80 11-2. praeter ...
inhaerere] quod non insit illi cui inhaeret F 12-3. similiter ... inhaeret] significare
subiectum F 13. praeter] per F 16. autem] iter. P praedicatur] om. P 17. non
praedicatur] iter. P 17. sicut] sic P enim dicitur] praedicatur P 22-3. album

... habere] subiectum est et accidens possunt facere unum **F** 23. intelligi] intelligere **P**
 27. philosophi] quidam philosophi **F** nam] non autem **F** 28. subiectis] substantiis **F**
 28. significaret] significarent **P** 30-1. de 1...praedicaretur] de substantiis non prae-
 dicaretur **F** 31. praedicatur] pa **P** 32-3. ipsum...praedicatur] subiectam significat
 per hoc etiam et de subiecto praedicatur **F** 33. de ipso] iter. **P** 35. Avicennam,
 qui dicebat] eos autem qui dicebant **F** 36. subiectum 2] om. **P** 37. formam] Hoc
 tamen et est per rationem accidentis seu formam add. **F** 40. per rationem] om. **F**
 41. significat] non add. **F** 42. ut unitum] non unum cum **F** 43. concluditur]
 conclusa sunt duo **F** 44. Ipsum] quia idem **F** 44. duo] om. **F** 46. propter] per **P**
 48. Secundo concluditur] ex concluditur **P**; cum excluditur **F** 49. repetitur] reperitur
F 50. ibi...ratione] om. **P** repetitur] reperitur **F**; deest **P** 54-5. ex consequenti]
 om. **F** 56-8. Ad...principali] om. **F** 59. accidens] inhaerere album **F** 62. significari]
 significare **PF** 63. praeter...sit] quod sit praeter illud **F** cui] quod **P** 64. potest]
 et propter add. **P** 64. aliud] illud **PF** 65-6. significet] significatur **P** 67. sig-
 nificari] significare **F** 69. pater quin intelligatur] om. **F** 70. pater] om. **P** ad
 quem] id quod ad quam **P** 73-4. et...inhaeret] om. **F** 75. significare] om. **F**
 76-7. de ... intelligere] significare **P** 78. intelligere] om. **P** 79. praeter] sic **P**
 79. significet] significem **P** 80. praeter] sic **P**; sine **F** secundum] sed **P** 83. sub-
 iectum] substantiam **P** 85. quod] non add. **P** 85. tamen] fortasse cum **P**

8-9. Aristoteles Cat. 5 3b19: nihil enim aliud significat album quam qualitatem
 27-8. cf. Aristoteles Cat. 5 2a31-4: ut album, cum in subiecto sit corpore, praedicatur de
 subiecto (dicitur enim corpus album), ratio vero albi numquam de corpore praedicabitur.
 34-38. Averroës In Metaph. V, com.14, 117C: Sicut existimavit Avicenna qui, cum vidit
 quod haec dictio albus significat aliquid, in quo est albedo, quod primo significat sub-
 iectum, et secundo accidens. Sed est e converso. Primo significat accidens, secundo sub-
 iectum. Cf. Avicenna Logica III (Venetiis 1508) 9va

Quaestio 12

Tunc quaeritur de sufficientia praedicamentorum.

Quae potest sic haberi, quoniam, sicut dicit Aristoteles, omnia alia
 a primis substantiis aut sunt in primis aut dicuntur de primis. Et sic
 per comparisonem ad primam substantiam potest eorum sufficientia
 accipi hoc modo. Cum omnia dicantur de prima substantia aut dicant
 eius essentiam aut quiditatem, aut non. Si primo modo, sic est
 substantia. Omnia enim quae sunt in praedicamento substantiae de
 prima substantia dicuntur et eius quiditatem et essentiam dicunt. Si
 autem non dicant eius quiditatem, hoc est dupliciter. Aut accipitur
 ab aliquo quod est in prima substantia, aut ab aliquo quod est extra
 ipsam. Si primo modo, hoc est dupliciter, quia aut sumitur ab aliquo
 quod est in ipsa absolute vel respective. Si respective, sic est relatio.

Si absolute, hoc est dupliciter, aut quia accipitur ab aliquo quod est in ipsa ut materia, et sic est quantitas; aut ab aliquo quod est in ipsa ut forma, et sic est qualitas. Si autem sumatur ab aliquo quod est extra ipsam, hoc est dupliciter, quia aut accipitur ab aliquo quod est penitus extra ipsam, vel ab aliquo quod est partim extra et partim intra. Si secundo modo, sic est dupliciter. Quia accipitur aut ab aliquo quod est partim intra ex parte principii, et partim extra ex parte termini, et sic est actio. Vel econtra, si partim intra et ex parte termini, et partim extra et ex parte principii, et sic est passio. Si autem accipitur ab aliquo quod est penitus extra ipsam, hoc est dupliciter. Aut quia illud non est mensura substantiae sed aliquid aliud sibi applicatum, et sic est habitus. Vel /P90vb/ comparatur ad ipsam tamquam mensura eius, et hoc est dupliciter. Quia aut accipitur a tempore vel a loco. Si a tempore, sic est quando. Si a loco, sic est dupliciter. Quia aut dicit ordinem partium in loco aut non. Si primo modo, sic est positio. Si secundo modo, sic est ubi. Et sic patet praedicamentorum sufficientia.

10. ab 2] om. P 14. ut...ipsa 2] om. P 15. ut] a add. P 15. ab aliquo] om. P
 16. aut] om. P 18. secundo] primo P 18. Quia accipitur aut] Aut accipitur F
 18-9. ab aliquo] om. P 19. intra] quod est add. P principii] principali F 19-20. ex
 parte termini] a parte termini F; principali add. et exp. F 20. et sic est] om. P 20. si]
 vel P 20-1. intra...principii] extra a parte principali, et partim extra a parte termini F
 23. sed] si P 22. applicatum] applicat P 24. Vel] ut P; et sic F 25. eius]
 om. P 28. positio] passio P

2-3. Aristoteles Cat. 5 2b4-5: Quare alia omnia aut de subiectis principalibus substantiis dicuntur aut in subiectis eis sunt.

Quaestio 13

Hiis habitis, quaeritur de hoc quod dicit Aristoteles. Dicit enim quod accidens semper est in subiecto.

Arguitur quod hoc non sit verum. Nam si quis teneat pomum in manu, remoto pomo a manu remanebit odor in manu, qui tamen erat in pomo tamquam in subiecto. Videtur ergo falsum dicere Aristoteles.

Ad hoc dicendum cum Aristotele quod accidens est semper in subiecto.

Et cum arguitur quod pomo remoto a manu remanet odor qui erat in pomo, dicendum quod odor non erat in pomo tamquam in subiecto secundum quod dicit Aristoteles libro de Anima, capitulo de odore. Dicit enim quod odor est in quadam fumali evaporatione tamquam in subiecto et non in pomo. Unde licet remaneat odor in manu, hoc est quia talis evaporatio fumalis in qua odor tamquam in subiecto potest remanere in ipsa manu, et hoc per sudorem, vel per aliquod aliud huiusmodi. 10 15

1 Aristoteles] in littera F 7. semper] om. P 10. in subiecto] om. P 13. in subiecto] secundum quod dicit Aristoteles add. P 14. in qua...subiecto] om. F; in quo...subiecto P 15. sudorem] odorem suum F

1-2. Aristoteles Cat. 2 1a25: impossibile est esse <accidens> sine eo in quo est.
11-3. Aristoteles De sensu 2, 438b24-5; Hamesse 196 (11): Odor est fumalis evaporatio, id est fit ex fumali evaporatione. Cf. Boethius In Cat. 173B: Sed si quis quoque objicat posse locum accidentia permutare, malum namque si in manu teneatur, manus mali odore completur, adeo odor quod est accidens, in aliud subiectum transire potest. Sed non hoc ait Aristoteles, quoniam mutare accidens locum non potest, nec ita dixit impossibile esse sine eo in quo erat, sed sine eo in quod est, hoc enim significat mutare quidem posse locum, sed sine aliquo subiecto non posse subsistens. Cf. Simplicius In Praed. I, 65.84-66.5 (ed. Kalbfleisch p. 49); 66.01-3: Forte autem ex praedictis palam quod odor pomi et tymiamatum completivae speciei existentes neque in subiecto utique dicentur eo quod perficitur.

Quaestio 14

Praeterea dicit Aristoteles quod solius accidentis est in subiecto esse. Ideo quaeratur utrum forma substantialis possit esse in subiecto.

1. Et videtur quod sic, quoniam quod recipitur in aliquo est in eo tamquam in subiecto; nunc autem forma substantialis recipitur in aliquo, ergo est in eo tamquam in subiecto, et sic non solius accidentis est esse in subiecto. 5

2. Praeterea quod est in aliquo non sicut pars eius, sed sicut totum, est in eo tamquam in subiecto; forma substantialis est huiusmodi; ergo etc.

Oppositum vult Aristoteles. 10

Ad hoc dicendum est quod forma substantialis est in subiecto, non tamen eo modo quo forma accidentalis. Intelligendum tamen quod conveniunt forma substantialis et accidentalis, et etiam differunt.

Conveniunt in hoc, quod utraque forma dat esse alii. Differunt
 tamen in hoc quod forma substantialis dat esse simpliciter. Probatio 15
 quoniam illud quod dat alicui enti solum in potentia esse actu, illud
 dat ei esse simpliciter; forma substantialis est huiusmodi, nam illud
 quod solum in potentia est esse facit actu; ergo forma substantialis
 dat esse simpliciter. Et etiam forma substantialis est illud per quod
 unumquodque suum esse habet completum. Forma autem accidenta- 20
 lis, cum dicatur adhaerere alicui existenti actu, non dat ei esse sim-
 pliciter, cum illud habeat esse ex quo in actu existit, sed dat ei esse
 tale. Ex hoc sequitur, quod non possunt esse plures formae substan-
 tiales in aliquo, sicut Avicbron posuit, quoniam cum aliquid dicitur
 esse actu per formam substantialem, forma autem substantialis dat 25
 esse ei primo et per se, et omne illud quod advenit alicui existenti in
 actu, postquam actu est, dicitur sibi accidere; ideo quicquid sibi ad-
 venit post formam substantialem, illud erit accidens sive forma acci-
 dentalis; et non substantialis, et ideo non potest aliquid habere nisi
 unam formam substantialem. 30

Praeterea differunt in hoc forma substantialis et forma acciden-
 talis, nam forma substantialis advenit alicui existenti in potentia tan-
 tum. Quod patet, nam producit in esse <illud> cui advenit, cuius esse
 prius non erat nisi in potentia. Forma autem accidentalis advenit rei
 existenti in actu, quod de se patet. 35

1. Ex istis apparet responsio ad argumenta. Cum arguitur quod
 id quod recipitur in aliquo est in eo tamquam in subiecto, verum est,
 si illud existat in actu; forma autem substantialis non recipitur in ali-
 quo existenti in actu, et ideo non concludit.

2. Ad aliud quando dicitur quod est in aliquo non sicut pars, etc., 40
 dicendum quod verum est quod est in aliquo existente actu, ut dictum
 est, non tamen verum est de aliquo existente in potentia, in qua est
 forma substantialis. Ideo non concludit.

5-6. et...subiecto] om. P 7. sed] nec F 10. Oppositum vult Aristoteles] om. F
 11-2. est 2...accidentalis] non est in subiecto F 11. subiecto] tamquam in subiecto add.
 F 14. alii] alicui F 16. dat] esse add. P 17-8. illud quod solum] illud solum
 quod P; quod solum F 21. adhaerere] inhaerere F existenti] enti F . dat] om. P
 22. esse 1] om. P existit] existat F 23. Ex] et P 24. in aliquo] esse alicuius P
 24. Avicbron posuit] Avicbron ponit P; Avicenna posuit F 26. et per se] om. P
 26. existenti in] ex consequenti P 27. ideo] illud P 28-30. illud ... substan-
 tialem] om. P 32. alicui] rei F 32-3. tantum] om. F 38. illud] illud aliud F

40. Ad] aliquid P 41. dicendum quod verum est] om. P quod 2] illud quod add. in
mg. F 41. actu] om. P 43. concludit] ratio add. F

1-2. Cf. Aristoteles Cat. 2 1a20-b9. 23-4. Averroës In De anima II, com.7, 139.44-5;
Hamesse 183 (114):Compositum ex forma et materia non dicitur, nisi quia forma est
una.

Quaestio 15

Consequenter quaeritur utrum praedicamenta sint plura decem vel pauciora.

1. Argueret aliquis quod sint pauciora, quoniam quae conveniunt in aliquo univoce, videtur quod non sint nisi unum praedicamentum; nunc autem actio et passio habent aliquid commune univocum; /P91ra/ ergo etc. Minor probatur, quia dicit Aristoteles tertio Physi-
corum quod motus univoce se habet ad actionem et passionem. 5

Oppositum arguitur quod sint plura, quia sicut se habet pati ad agere, ita haberi ad habere; sed pati est praedicamentum distinctum contra agere; ergo habere contra haberi erit distinctum praedicamentum. 10

Ad hoc dicendum cum arguitur primo quod praedicamenta sint pauciora, dicendum quod superius visum est de sufficientia ipsorum. Nihil restat ideo aliud respondere.

1. Ad rationes, cum arguitur quod quaecunque conveniunt in aliquo univoce, videtur quod non sint nisi unum praedicamentum, dicendum quod verum est, sed adhuc plus requiritur, scilicet quod de ipsis essentialiter praedicetur. Nunc autem quamvis motus univoce conveniat actioni et passioni, de ipsis tamen non praedicatur essentialiter. Contrahitur enim motus accidentaliter per utrumque istorum, scilicet actionem et passionem, sicut per hominem album et nigrum homo; ideo sicut homo de hiis non praedicatur essentialiter, cum ei accidant, sic nec motus praedicatur de istis, cum ei accidant. Et sic patet ad illud. 15 20

Ad aliud quod arguitur quod sint plura, quia sicut se habet pati ad agere etc., concedatur. /F4va/ Et cum dicitur quod pati est distinctum praedicamentum contra agere, verum est. Et similiter bene concluderes quod habere est distinctum praedicamentum contra ha- 25

beri, nisi quia haberi contineretur atque reponeretur sub positione; et quia ibi continetur seu reponitur, ideo etc.

30

1. decem] om. P 3. Argueret aliquis] et videtur F 9. sed] iter. P 12. primo] om. P
 13. superius] sicut P; om. F 14. respondere] ostendere F 15. Ad rationes] ad aliud F
 16. sint] sit P 19. conveniat] fortasse communiat P 21-2. per...homo 1] homo per
 hominem album et nigrum F 22. essentialiter] accidentaliter P 23. sic ... accidant]
 om. P 29. quia] quod F contineretur atque reponeretur] connumeratur atque
 imponeretur P; contrariatur et ponitur F 27. ibi] tamen P

6-7. Cf. Aristoteles Phys. III,3 202b5-22; Hamesse 148 (101): actio et passio sunt unus motus et in passo sicut in subiecto. 13. Cf. supra q. 12

Quaestio 16

Consequenter quaeritur circa capitulum de substantia: *Substantia proprie* etc.

Hic quaeritur utrum haec substantia quae est praedicamentum sit genus substantiae hic inferioris et substantiarum separatarum, quae substantiae sunt incorruptibiles.

5

1. Et arguitur quod non. Corruptibili et incorruptibili non est unum genus commune; nunc autem quaedam sunt substantiae incorruptibiles, sicut intelligentiae, quaedam corruptibiles, sicut substantiae inferiores; ergo non habebunt unum genus.

2. Praeterea species sunt coaequaevae sub genere; istae autem substantiae non sunt huiusmodi, cum prior sit substantia incorruptibilis quam corruptibilis; videtur ergo quod unum genus commune non habeant.

3. Praeterea genus sumitur a materia, ergo quae non habent materiam non possunt habere unum genus; sed substantiae superiores non habent materiam, quia sic essent corruptibiles; ergo etc.

15

4. Praeterea ea quae sunt in genere possunt habere definitionem, sed substantiae incorruptibiles non possunt habere definitionem, ergo etc.

Oppositum patet per Aristotelem, et per rationem, quoniam illa quae conveniunt in aliqua proprietate communi a qua accipitur genus, illa dicuntur habere genus unum; nunc autem ita est quod omnes substantiae conveniunt in aliqua proprietate communi a qua proprietate accipitur genus quae est substantia; ergo habent unum genus, ut

20

videtur. Maior patet. Minor declaratur quoniam omnes substantiae 25
conveniunt in ista proprietate, quae est per se stare.

Ad quod dicendum quod substantia unum genus est per compara-
tionem ad ista, quod patet per rationem ad istam partem adductam.
Nam omnia quae in genere substantiae sunt, conveniunt in aliqua
proprietate quae est per se stare, a qua proprietate sumitur genus 30
quod est substantia; ideo etc.

1. Ad rationes est dicendum. Cum dicitur corruptibili et in-
corruptibili non est unum genus commune, posset videri quod verum
est de genere propinquo; unum tamen genus remotum habere possunt,
secundum quod dicitur secundo Metaphysicae. Vel potest dici quod 35
non habent unum genus commune reale sive naturale, tamen unum
genus rationis possunt habere, vel genus unum secundum rationem,
quod idem est. Voco autem secundum naturam, quod accipitur a
materia vel potentia, et tale genus unum non possunt habere sub-
stantia separata et haec substantia inferior, sicut homo et asinus; 40
genus autem unum secundum rationem possunt habere, scilicet quod
accipitur ab aliqua proprietate eis communi sicut a proprietate quae
est per se stare.

2. Ad aliud cum dicitur quod species sunt coaequaevae sub
genere, dicendum quod species coaequaevas possumus intelligere 45
duplicitur: aut quantum ad rationem praedicandi, quia aequaliter
praedicatur genus de una specie sicut de alia, et hoc modo verum est
quod dicuntur esse coaequaevae sub genere; si autem intelligas quod
ita sint coaequaevae, ut alia non sit prior alia secundum naturam, hoc
falsum est. Quod possumus sic vi-/P91rb/-dere: numerus enim 50
genus ad binarium et ternarium, et tamen binarius prior est secun-
dum naturam quam ternarius. Similiter potest esse a parte ista, quod
una istarum potest esse prior secundum naturam quam alia, sicut sub-
stantia separata prior est secundum naturam, cum sit incorruptibilis,
quam substantia hic inferior; nihilominus sunt coaequaevae in ratione 55
praedicandi, ideo etc.

3. Ad aliud cum dicitur genus sumitur a materia, dicendum quod
genus sumitur a materia, id est <ab> aliquo quod habet similitudinem
cum materia ab aliquo, id est, indistincto et indeterminato et
confuso. Et quando dicitur quae non habent materiam non possunt 60
habere genus, dicendum quod illa non habent materiam sed aliquid
simile materiae. Et quando dicitur quod substantiae superiores non

habent materiam, dicendum quod licet hoc sit, tamen habent aliquid simile materiae.

4. Ad aliud cum dicitur quod ea quae sunt in genere possunt habere definitionem, dicendum quod ea quae habent genus naturale habent definitionem naturalem, et ea quae habent genus logicum habent definitionem logicam. Tunc ad minorem, quando dicitur quod substantiae incorruptibiles non habent definitionem, dicendum quod immo <<quia habent>> genus logicum et definitionem. Et si diceres "ergo <<...>> in eis est compositio(?)," dico quod ibi est <<....>> separatione(?) quiditatis et essentiae.

1. Substantia] est quae add. F 4-5. quae...incorruptibiles] om. F 6. non 1] om. P
8. intelligentiae] substantiae separatae F 10. genere] ut dicit Boethius add. F
11-2. incorruptibilis quam corruptibilis] corruptibilis incorruptibili P 14-9. Praeterea
... etc.] om. P 23-4. proprietate 2...quae] quodammodo P 26. ista] una F
27-8. comparisonem] participationem F 35. secundo] duodecimo(?) F 36-7.
reale ... genus 1] om. P 37. rationis] vel logicum add. F 38. autem] genus unum
add. F 38. accipitur] causatur F 39. materia] natura F 39. potentia] illa
dicuntur convenire in genere naturali quam conveniunt in materia add. F 40. haec
substantia inferior] hic substantia inferior F; fort. substantia hic inferior scribendum
40. asinus] angelus F 42. sicut] consequenti si P 45. coaequaevae] esse
coaequaevae sub genere F 48. sub genere] et hoc modo coaequaevae add. P quod 2]
species add. F 49. coaequaevae] sub genere add. F ut alia] et alia P; ita quod
una F 50. enim] est F 55. in] genere add. F 57-72. Ad...essentiae] om. P;
in mg. F 61. illa] quae add. F 61. sed] secundum F; deest P

1-2. Aristoteles Cat. 5 2a12-4: Substantia autem est, quae proprie et principaliter et maxime dicitur, quae neque de subiecto dicitur neque in subiecto est 6-7. Aristoteles Metaph. X,10 1058b26-9: Quoniam vero contraria sunt diversa specie, sunt et corruptibile et incorruptibile contraria (privatio namque est impotentia determinata), necesse diversum esse genere corruptibile et incorruptibile. nota 10. Cf. Aristoteles Cat. 13 15a4; Hamesse 304 (38): Species simul sunt sub genere. Idem dicit Boethius quod species sunt coaequaevae sub eodem genere. 34-5. Cf. supra n. 6-7

Quaestio 17

Tunc quaeritur utrum substantia quae est genus sit substantia quae est materia vel substantia quae est forma vel substantia quae est compositum.

1. Arguitur quod sit substantia quae est forma, quia praedica-
mentum se habet ad modum formae; cum igitur substantia quae est 5

praedicamentum sit praedicamentum, videtur quod se habeat ad modum formae; et sic videtur quod sit substantia quae est forma.

2. Praeterea, compositum non praedicatur de simplici; cum igitur substantia quae est genus praedicatur de substantia separata, quae est simplex, videtur quod non sit compositum; cum ergo non sit compositum, et praedicatur de tali substantia, videtur quod sit simplex. 10

Oppositum arguitur, quoniam simplex non praedicatur de composito; cum igitur substantia quae est praedicamentum praedicetur de substantiis inferioribus quae sunt compositae, ergo non erit simplex substantia, et sic non erit forma. 15

Ad hoc dicendum est quod substantia quae est praedicamentum est substantia composita. Cum enim simplex non praedicetur de composito, illa autem quae sunt in genere substantiae sunt substantiae compositae, sicut homo et asinus et talia huiusmodi, et de ipsis praedicetur substantia quae est praedicamentum, videtur quod talis 20 substantia sit composita.

Hoc etiam videtur alia ratione, quoniam si esset simplex, tunc differentiae ipsam dividentes, cum sint simplices, essent in genere per se, et tunc de differentiis praedicaretur substantia quae est genus per se, quoniam genus per se praedicatur de eo quod est in genere per se. 25 Hoc autem est contra Aristotelem, secundo Topicorum, qui dicit quod si genus de differentia praedicatur, quod unum animal erit duo animalia. Videtur igitur quod sit substantia composita.

Hoc etiam probatur quoniam substantia dicitur esse quia substat; nunc autem substantia simplex non potest substare alicui, sicut ipse 30 deus qui substantia simplex est solum; ideo talis substantia non est simplex, quae scilicet substantia dicitur esse praedicamentum, sed substantia composita.

Et ad hoc intelligendum est quod duplex est compositio, scilicet quaedam compositio materiae cum forma, et talis compositio reperitur 35 in formis istis, scilicet substantiis inferioribus. Alia autem est compositio quiditatis et essentiae, et talis compositio est in substantiis separatis. Neutra tamen istorum compositionum est in prima essentia, scilicet in deo, cum ipsa sit simplex, et sic ipsum esse suum; et etiam quicquid est in ipso deo est ipse per essentiam, secundum quod dicit 40 Aristoteles undecimo Metaphysicae. Et probat ipsam primam essentiam esse idem quod suum esse, nec dependet ab aliquo, nec est limitata ab aliquo esse. Et ex hiis concludit quod ipsa est infinitae virtu-

tis; cum enim non sit determinata ad aliquid esse, nec sit limitata nec contracta ab aliqua materia, et sic suum esse non reperitur in /P92ra/ aliquo transmutato, hinc est quod ipse deus potest esse infinitae virtutis. 45

Et per hoc ad rationes.

2. Cum dicitur quod compositum non praedicatur de simplici, concedo. Et cum dicitur quod substantia praedicatur de substantia separata, verum est. Et cum dicitur quod talis substantia simplex est, dicendum quod non; immo composita est illa compositione quae est quiditatis et esse, etiam quamvis non sit composita compositione quae est materiae cum forma. Tales autem compositiones importat substantia, sed hoc est indeterminate; et ideo potest praedicari de habentibus tales compositiones, nec est inconueniens cum alia et alia sit compositio. 50 55

Quod autem substantia separata non sit composita ex materia et forma, hoc sic probatur quoniam materia inter omnia entia vilissimum est ens. Nunc autem ita est quod quanto aliquid magis appropinquatur ipsi primo enti, tanto veriore entitatem habebit; nunc autem ipsa substantia separata inter omnia entia magis appropinquatur ipsi primo; ergo veriore entitatem habebit. Cum ergo materia remota sit a natura ipsius primi entis, videtur etiam quod a compositione substantiae separatae separatur et ali<qu>ae tales substantiae sunt sine materia. 60 65

1. Ad aliud patet solutio. Licet enim praedicamentum se habeat ad modum formae, non propter hoc sequitur quod sit simplex sicut forma.

1-2. substantia 2 ... vel 1] om. P 10. ergo] genus F 18. sunt 2] sicut P 23. di-
videntes] condividentes F 23. sint] om. P 26. secundo] sexto F 27. praedicatur]
per se add. F 31. simplex] om. P 37. essentiae] universale add. et exp.; sive ex
quiditate et habente quiditatem add. F 38. separatis] Et in hoc concordat Boethius et
Thomas et communis opinio. Magister Jacobus teneat contrarium add. F 39. cum
ipsa] iter. P 42-3. est...esse] reperitur in aliquo transmutato F 43-46. Et ...
transmutato] in mg. F 45. in] octo ultimae lineae fol. 91r et tota pag. 91v codicis P
vac., summo folio 92r laborem describendi excipit manus altera 52. composita est]
ex add. P 53. quamvis] quam P a.c., vis s.l. P; quamquam F 54-5. impor-
tat ... praedicari] important substantiam etiam definite et ideo non potest haberi F
60-1. appropinquatur] propinquatur F 64. a natura] aliam P.a.c., alia Pcorr, ut
videtur. 64-5. quod...tales substantiae] compositione substantiae separatae P

1-3. Cf. Aristoteles *Metaph.* VIII,1 1042a26-30; Hamesse 131 (200): Triplex est substantia, scilicet forma, materia, et compositum; cf. etiam Boethius *In Cat.* 184A; Gilbertus Porretanus (attr.) *Liber De sex principiis* I [6]; Hamesse 306(3). 26-8. Aristoteles *Topica* VI,6 144a36-b2: Si enim <genus> secundum unamquamque differentiarum animal predicabitur, multa animalia de specie predicantur; differentie enim de specie predicantur. nota 38. Thomas de Aquino, *Summa Theologiae* I q.50 art.II: Ad tertium dicendum quod, licet in angelo non sit compositio formae et materiae, est tamen in eo actus et potentia. ... Et hoc est quod a quibusdam dicitur, quod angelus est compositus ex quo est et quod est, vel ex esse et quod est, ut Boethius dicit. Boethius, *De hebdomadibus* ("Quomodo sit") VII, 42.45-6: Omne simplex esse suum et id quod est unum habet. Cf. Jacobus de Viterbo *Disputatio prima de quolibet* (ed. Ypma), q. 4, pp. 45-61. 40-3. Cf. Aristoteles *Metaph.* XI,7 1072b10-15

Quaestio 18

Consequenter quaeritur de dicto in littera. Dicit enim Aristoteles quod album de subiecto praedicatur, rationem autem impossibile est praedicare.

1. Videtur quod falsum est, quoniam de quocumque praedicatur definitum et definitio. Si ergo album praedicatur de subiecto, videtur similiter quod etiam sua definitio praedicabitur de subiecto. 5

Oppositum dicit auctor.

Ad quod dicendum est cum Aristotele quod impossibile est rationem albi de subiecto praedicari. Nec talium est definitio, quoniam entis per accidens non est definitio, sicut dicit Aristoteles septimo *Metaphysicae*. Nunc autem omnia accidentia in concretione quae dicimus de subiecto praedicari sunt entia per accidens, cum sint aggregatum ex materia accidentali et subiecto, quae non sunt unum per essentiam sed unum per accidens. Ideo talium accidentium non erit definitio. 10 15

Item dicit Aristoteles in eodem septimo quod accidentia in abstractione non habent propriam materiam definitionis, quia eorum definitio datur per additamenta.

Item definitio dicit unum per essentiam. Nunc autem tale accidens non est unum per essentiam, sed unum per accidens, quia ibi est aggregatum ex genere substantiae et accidentis, ideo etc. 20

1. Ad rationem cum dicitur de quocumque praedicatur definitum et definitio, dicendum quod tu supponis falsum; supponis enim quod habeat definitionem, quod non est verum, ut visum est. Si tamen

arguitur, sicut argutum fuit, quod non debet praedicari de subiecto 25
quia nec ipsum significat, ut probatur, quoniam possum intelligere
accidens ut inhaerens subiecto praeter hoc quod intelligam quod sit
illud cui inhaeret, ergo possum significare ipsum praeter illud;
dicendum quod ipsum /P92rb/ accidens bene possum intelligere
praeter hoc quod sit illud cui inhaeret essentialiter, quia nec unum 30
faciunt per essentiam, non tamen possum intelligere ipsum praeter
hoc quod sit illud accidentaliter, quia unum sunt per accidens tantum.
Et sic non possum significare illud quin illud significetur acciden-
taliter tantum. Et sic ad illud.

2-3. autem...praedicare] vero albi impossibile est de subiecto predicari F 5. definitum
et definitio] ord. inv. P 9. albi...Nec] om. P est definitio] accidentium F;
definitio add. in mg. F 10-1. septimo Metaphysicae] primo Topicorum F 11-2.
in...subiecto] quae de subiecto dicuntur F 13. materia] forma F subiecto]
supposito F 16. in eodem septimo] primo Metaphysicae F 17. materiam]
naturam F 23. enim] etiam P 24. habeat] accidentia habeant F 25. debet]
debent F 26. significat] quia significant P; significatum F possum] possumus P
27. ut] non add. F intelligam quod] om. F 28. illud 1] in subiecto F 28-30. ergo
... inhaeret] om. F 30. essentialiter] naturaliter F 31. non tamen] ideo F
32-4. tantum...illud] ita possum significare illud F 33. quin] quid P; deest F

1-3. Aristoteles Cat. 5 2a31-4: ut album, cum in subiecto sit corpore, praedicatur de
subiecto (dicitur enim corpus album), ratio vero albi numquam de corpore praedicabitur.
10-1. Aristoteles Metaph. VII,5 1031a1-3: Palam itaque quia solius est substantie dif-
finitio. Nam et si aliarum categoriarum, necesse est ex additione esse.
16-8. Ibid.; Hamesse 129 (164): Definitio accidentium fit per additamentum, scilicet
substantiae. 24-8. Cf. supra q. 11.68-75

Quaestio 19

Commune autem omni substantiae, etc.

Hic quaeritur circa proprietates ipsius substantiae, et quaeritur
utrum substantiae sit aliquid contrarium.

1. Et videtur quod sic, quoniam sicut dicit Aristoteles secundo De
generatione, ignis contrariatur aquae etc., et tamen utraque est sub- 5
stantia; ergo substantiae est aliquid contrarium.

2. Item dicit Aristoteles in De caelo et mundo /F4vb/ quod
caelum est ingenerabile et incorruptibile, et hoc est quia non habet
contrarium. Ergo ex hiis videtur insinuare quod illud quod est gene-

rabile et corruptibile habeat contrarium. Istaе autem substantiaе ge- 10
nerabiles et corruptibiles sunt, ergo habebunt contrarium, ut videtur.

3. Item omne genus dividitur per differentias essentielles opposi-
tas, differentiaе autem sunt formae substantiales entium; igitur in ge-
nere substantiaе erunt formae substantiales oppositae. Et sic cum una
forma substantialis sit formae substantiali opposita, possumus conclu- 15
dere quod substantiaе est aliquid contrarium.

Oppositum arguitur per intentionem Aristotelis hic et quinto Me-
taphysicae, ubi arguit sic, quod substantiaе non fit motus, quia omnis
motus fit a contrario in contrarium. Nunc autem substantiaе non est
aliquid contrarium; ideo substantiaе non est motus. 20

Ad hoc dicendum est quod quaedam est contrarietas secundum
communem rationem contrarietatis, quae accipitur a differentia con-
dividente aliquod genus secundum quod dicimus contrariari aliqua
per differentias oppositas, et talis contrarietas est per aliquid con-
trarium completum et incompletum. Cum animal dividatur per ratio- 25
nale et irrationale, rationale, secundum quod est proprium, dicit mihi
aliquod perfectius quam irrationale. Et quia talis contrarietas reperi-
tur in quolibet genere, loquendo de tali contrarietate verum est quod
substantia contrarium habet, nec de hoc intellexit Aristoteles quin
haberet. 30

Alia tamen est contrarietas secundum propriam rationem contrari-
etatis. Et haec habet fieri inter duos terminos aequedistantes, inter
quos terminos sunt quaedam media per quae contingit devenire ab
uno termino ad alium terminum continue, sicut inter album et
nigrum sunt quaedam media, ut fuscum, pallidum et huiusmodi, per 35
quae media contingit devenire continue ab albo in nigrum. Nunc
autem talis contrarietas non est in genere substantiaе. Non enim est
reperire duo extrema in genere substantiaе per quae possit deveniri
ab uno extremo in aliud, ut si accipiamus duas substantias sicut
ignem et terram: non enim ignis transmutatur ad terram, vel ad aliud, 40
per aliam substantiam /P92va/ mediam, quia non est alia substantia
media inter illas substantias per quam possit devenire ab una substan-
tia in aliam continue. Et de tali contrarietate intendebat Aristoteles
cum dicebat quod substantiaе nihil est contrarium.

Talis etiam contrarietas non reperitur in genere quantitatis. Licet 45
sit ibi reperire unum extremum sicut minimum, non tamen est ibi re-
perire maximum; immo semper contingit reperire maius et maius in

infinitem, nec potest fieri status. Nec etiam contingit devenire ab uno extremo ad aliud per media, quod declaratur etiam maxime in numeris. Unus enim numerus non potest devenire ad alium numerum nisi per unitatem, cum unitas sit perfectio numeri; sed per unitatem non potest quoniam indivisibilis est; per indivisibile autem non potest fieri motus continuus ab uno in aliud; ideo ab uno numero non potest deveniri ad alium per medium continue. Et sic non est contrarietas in quantitate nec in substantia.

2. Et ad rationes dicendum quod quia istae substantiae sunt generabiles et corruptibiles habent contrarium, verum est primo modo loquendi de contrarietate, quae est contrarietas secundum communem rationem, quae attenditur penes completius ad incompletius. Et sic patet ad istud.

1. Ad aliud dicendum est quod ignis et aqua contrariantur secundum talem communem contrarietatem, quae dicta est, sicut per differentias oppositas quas habent.

3. Ad aliud eodem modo.

5. et tamen] om. P 6. est] om. P 8. et incorruptibile] et corruptibile P; incorruptibile F 11. sunt] om. P 13. autem] substantiae add. F entium] sic F 14. substantiales oppositae] contrariae substantiales F 14-5. sic...sit] sic una forma substantialis, cum sit P 17-8. quinto Metaphysicae] primo Physicorum F 22. communem] quam F quae] om. F 22-3. a differentia condidente] cum dividente F 23-4. aliqua per differentias] differentias aliquas F 24-5. contrarium] om. F 26-7. rationale...irrationale] om. P 27. quia] om. P 28. genere] et add. P 28. verum] lectio incerta F 34. terminum continue] tamen continue P; unde F 36. continue] om. F 39. ut si] nisi F 40. ignem et terram] in igne et terra F 40. ad] om. P 41. substantiam mediam] mediam causam F 43. in aliam continue] ad aliam F 47. maius et maius] maximum aliquid F 49. ad] in P 49. aliud] quod est add. F 51. unitatem 1] unitates F cum unitas] coniunctas(?) F 51. perfectio] pars F 52. indivisibile] indivi(sibi)lem P; indi(visibilita)tem F 53. fieri] unus add. F 53. ideo] immo P 53-4. non...continue] in aliam non contingit per medium devenire F 57. corruptibiles] ideo add. F verum est] certe verum dicit F 57-8. loquendi] loquendo PF 62. communem] naturam add. F 63. quas habent] causabant P 64. aliud] iter. P

1. Aristoteles Cat. 5 3a7: Commune autem est omni substantiae in subiecto non esse.
 4-5. Aristoteles De Gen. et Cor. II,8 335a5-6; Hamesse 170 (38): Ignis est contrarius aquae et aer terrae. 7-8. Aristoteles De Caelo I,3 270a12-14; Hamesse 160 (15): Caelum est ingenerabile et incorruptibile, inaugmentibile et inalterabile. 17. Aristoteles Cat. 5 3b25: Inest autem substantiis et nihil illis esse contrarium. 17-9. Cf. Aristoteles Phys. V,2 225b10-1; Hamesse 152 (154): Ad substantiam non fit motus, quia

substantiae nihil est contrarium. Phys. V,2 226b2-3; Hamesse 153 (157): Omnis motus fit a contrario in contrarium.

Quaestio 20

Consequenter quaeritur utrum substantia suscipiat magis et minus.

1. Et videtur quod sic, quoniam intensio et remissio alicuius effectus non est nisi ex intensione et remissione suae causae, sicut, cum accessus solis supra hemisphaerium nostrum sit causa quare dies est, iste effectus diem esse non multiplicatur nisi per multiplicationem accessus solis supra hemisphaerium nostrum, et ideo quotiens sit accessus solis huiusmodi, totiens est dies. Tunc ad propositum, cum iste effectus qui est esse calidum sit proprius ignis, et possit recipere intensionem sicut per adventum sui similis, et remissionem sicut per adventum frigidi, hoc non erit, ut videtur, nisi per remissionem et intensionem formae substantialis ipsius ignis, per quam ignis est ignis, et per quam debetur igni iste effectus, qui est esse calidum. Cum igitur talis forma sit substantia, videtur quod substantia suscipiat magis et minus.

Oppositum patet per intentionem Aristotelis.

Ad quod dicendum est quod substantia non suscipit magis et minus. Suscipere enim magis et minus dicitur aliquid eo quod habet contrarium, sicut album dicitur magis album alio eo quod impermixtius est sui contrario, scilicet nigro. Nunc autem substantia /P92vb/ non habet contrarium, ut visum est; ideo etc.

Item si substantia susciperet magis et minus, iam forma substantialis esset accidentalis. Hoc autem est falsum, ergo et primum. Probatio quoniam cum forma substantialis sit illa quae advenit alicui enti in potentia solum, et ei dat esse actu; et quicquid advenit habenti talem formam, illud sibi est accidens, quia quicquid <advenit> alicui post eius completum esse, illud est sibi accidens – si igitur ita sit quod aliquid sit actu per substantialem formam, et quicquid advenit post istam est sibi accidens, et talis forma suscipit magis et minus, ut tu dicis, talis forma substantialis augmentata vel remissa est accidens illi cui advenit, nam illud habebat completum esse antequam sibi adesset talis forma. Ergo forma substantialis esset accidens, quod est falsum.

1. Ad rationem cum dicitur quod effectus non augmentatur vel diminuitur etc., verum est si ille effectus esset effectus per se et primo et proprius illius sicut risibile hominis. Cum autem arguitur ulterius quod calidum est proprius effectus ignis, dicendum quod ad augmentationem calidi certe sequeretur augmentatio ignis, si calidum esset primo et per se et proprius effectus ipsius ignis. Nunc autem ita non est. Ideo non est necesse quod ad augmentationem et diminutionem calidi sequatur intensio et remissio ignis. Probatio assumpti, scilicet quod calidum non sit proprius effectus ignis, quia et licet calidum sit effectus per se ipsius ignis, sicut vult Aristoteles libro De generatione, non tamen est proprius et primus, ita quod non conveniat alii. Convenit enim aeri, est enim aer calidus et humidus, sicut vult Aristoteles libro De generatione. Quod etiam non sit proprius effectus patet sic: illud non est proprius effectus quod potest remanere destructa sua causa; nunc autem destructo igne potest remanere idem calidum in specie sicut calidum aeris; ergo calidum non debet dici proprius effectus ipsius ignis.

1. substantia] substantias P a.c. 2. videtur] arguitur F intensio] intentio P passim 4. accessus] ascensus F passim supra] a.l. F; per del. F 4. nostrum] om. F 5. iste...esse] om. F multiplicatur] multiplicatur F; causae eius add. et exp. F 5. per] secundum F 6. nostrum] affmri add. et exp. F 7. huiusmodi] huius F 7. propositum] oppositum F 8. cum iste] cum dicitur F 8. qui est] om. F 8. esse] om. P 8. sit proprius] ponatur post effectus F 9. recipere] reperire F 9. sicut] nunc F 9. adventum] advenitum P 9-10. sui...adventum] om. P, iter. F 10. frigid] termini F hoc] autem add. F erit] est F nisi] non F 10-1. remissionem et intentionem] ord. inv. F 11. substantialis ipsius] om. F 12. et] om. F 12. quam] effectus ignis add. F iste effectus] om. F 12-3. esse calidum] calidus F 13. sit] solum add. F 13-4. substantia] similis vel simul P 15. patet] apparet F 15. intentionem Aristotelis] Aristotelem F 16. quod 1] hoc F 17. Suscipere...aliquid] dicitur autem aliquid suscipere magis et minus F 18. magis album alio] ab aliquo magis album F 18-9. impermixtius est] ord. inv. F 19. sui] suo F nigro] remotius add. F 19. Nunc] om. F autem substantia] ord. inv. F 20. ideo] ergo F 21. susciperet] suscipiat F 22. esset] forma add. F est falsum] ord. inv. F 22-31. Probatio] consequentiae add. F 23. illa quae advenit] aliquid adveniens F 24-5. quicquid...quia] iter. P 25. sibi est accidens] enim accidit F 25-6. quia...accidens] om. F 26. illud] idem P; deest F 27. substantialem formam] ord. inv. F 27. advenit] om. P 28. istam] illam F est sibi accidens] sit accidens ei F 28. forma] substantialis add. F 28. suscipit] suscipiat F ut] et F 30. nam] unde F habebat] haberet F 31. adesset] adveniat F esset] est F 31-2. est falsum] ord. inv. F 33. rationem] argumentum F 33-4. augmentatur vel diminuitur] duas voces inintelligibiles in contextu exp., diminuitur in mg. P; nec augmentatur F 34. etc.]

vitatur (?) nisi per augmentum suae causae, certe F 34. esset effectus] om. F
 35. et] est exp. F 35. illius] om. F arguitur] quaeritur F 36. proprius] prius F
 37. calidi certe sequeretur] ipsius elementi sequeretur certe F augmentatio] ipsius
 add. F 37. calidum] est proprius effectus add. et. exp. P 38. ipsius] om. F
 39. non 2] del. F 39-40. est 2 ... sequatur] sequitur necessario et remissio ad
 augmentationem et diminutionem ipsius calidi F 40. ignis] primo modo (?) add. et
 exp. P 40-1. assumpti] assimili (?) F 41. calidum ... ignis] non potest calefieri F
 41-2. quia et licet] quodlibet F 42. per se] om. F 42. Aristoteles] in add. F
 43. non 1] 3 litt. eras. add. P et primus, ita] et primo ita in mg. F 45. libro] eodem
 add. F 45. etiam] autem F 46. patet ... effectus 2] iter. P sic] sic vel sicut F
 46. effectus 2] alicuius add. F 47. igne] adhuc add. F 48. in...calidum 2] om. P
 49. ignis] et sic ad aliud add. F

15. Aristoteles Cat. 5 3b34: Videtur autem substantia non suscipere magis et minus
 42-3. Aristoteles De Gen. et Cor. II,3 330a30, b3-5; Harnesse 169 (30): quattuor sunt
 elementa, scilicet terra quae est frigida et sicca, aqua est frigida et humida, aer est calidus
 et humidus et ignis qui est calidus et siccus. 44-5. Ibid.

Quaestio 21

Consequenter quaeritur de hoc quod dicit Aristoteles. Dicit enim quod non soli substantiae convenit in subiecto non esse, sed etiam differentiae contingit, et per hoc videtur innuere quod differentia non sit substantia. Ideo quaeritur utrum differentia sit substantia.

1. Et videtur quod non, quoniam si esset substantia, esset in genere per se, et tunc substantia quae est genus praedicaretur de differentia per se. Hoc autem est contra Aristotelem tertio Metaphysicae et sexto Topicorum, ubi dicit quod genus de differentia non praedicatur. Ergo non erit substantia, ut videtur. 5

Oppositum arguitur quoniam ex non substantiis non fit substantia. Nunc autem ex differentia addita generi sit substantia /P93ra/ sicut species, ergo differentia erit substantia. 10

Et ad hoc dicendum: videtur quod duplex est substantia. Est enim substantia quae est compositum et est substantia quae est simplex. Et ista adhuc est duplex, quaedam est materia, quaedam autem forma. Cum igitur quaeritur utrum differentia sit substantia, dicendum quod non est substantia quae est compositum sed est substantia quae sit simplex, scilicet forma. Et ad istam intentionem dicit Aristoteles quod non solum substantiae, id est, substantiae compositae, contingit in subiecto non esse, sed differentiae, id est, substantiae 15 20

simplici quae est forma - per hoc autem innuens differentiam inter simplicem substantiam et compositam.

1. Ad argumentum patet solutio. Verum enim est quod si esset substantia composita, esset in genere substantia; non autem ita est.

1-2. Aristoteles...quod] **om. F** 3. innuere] insinuare **F** 4. Ideo...substantia] **om. P** 6. genere] **add. substantiae F** 6. genus] praedicamentum **F** 7. tertio] septimo **F** 8. sexto] quarto **P** 9. Ergo] genus **add. F** 10. fit] sit **P** 11-2. sicut species] **om. F** 13. dicendum] est bene **add. F** 15. adhuc] **om. F** 15. duplex] quia **add. F** 15. est 2] substantia quae est **add. F** 19. id est] sed **F** 21. simplici] prima **add. F** 21. innuens] inveniens **P** 23. argumentum] argumenta **P** 24. substantia 2] per se **add. F**

1-3. Aristoteles Cat. 5 3a21-2: Ergo non erit substantia horum quae in subiecto sunt. Non est autem hoc substantiae proprium; sed et differentia illud est quod in subiecto non est

7-9. Aristoteles Metaph. III,3 998b25-6: impossibile autem predicari aut species de propriorum generum differentiis aut genus sine suis speciebus. Topica VI,6 144a31-3; Hamesse 329 (101): Genus per se non praedicatur de differentia.

13-6. Cf. supra q. 17.1-3

Quaestio 22

Praeterea dicit Aristoteles quod differentia praedicatur univoce.

1. Sed contra, quod praedicatur univoce secundum nomen et rationem praedicatur. Nunc autem differentia non praedicatur secundum rationem quoniam non habet rationem. Quia si haberet, iam illa ratio constaret ex genere et differentia, et tunc quaereretur similiter de illa, et esset abire in infinitum inquirendo. Processus autem talis tollit scientiam, quare etc. 5

Oppositum patet per Aristotelem in littera.

Ad hoc dicendum quod differentia praedicatur univoce, quoniam praedicatur secundum nomen et rationem. Sed intelligendum est quod duplex est ratio. Est enim quaedam ratio, id est, definitio, quae datur ex genere et differentia, et talem rationem non habet differentia quia iam esset processus in infinitum, ut probat ratio. Alia autem est ratio quae idem est quod quaedam notificatio sive quaedam descriptio rei, et talem rationem habet differentia, secundum quam praedicatur univoce. 10
15

1. differentia] **om. F** 2. Sed contra est **P** 4. quoniam] differentia **add. F** 4. Quia si haberet] iter. **P** 4. si] rationem **add. in mg. F** iam] tunc **F** 8. per Aristotelem]

per Aristotelem qui dicit P; om. F
14. ratio] om. F 15. rei] om. F

13. processus] procedere F 13. ut] om. P

1. Aristoteles Cat. 5 3a34: Inest autem substantiis et differentiis ab his omnia univoce praedicari. 8. Ibid. 10-5. Cf. Aristoteles Metaph. VII,4-5 1030a18-1031a13

Quaestio 23

Ultimo quaeritur de hoc quod dicit Aristoteles in littera quod proprium est substantiae, cum sit una et eadem numero, quod sit susceptibilis contrariorum.

1. Contra quod arguitur, nam intelligentiae separ<atae> substantiae sunt unae et eadem numero, et tamen non susceptibles contrariorum. Probatio est per Aristotelem qui dicit in libro Meteorum quod corpora supercaelestia non suscipiunt peregrinas impressiones.

Et ad hoc dicendum quod Aristoteles non intellexit quod ista proprietas conveniret omni substantiae. Sed hoc dixit pro tanto, quod nulli alii a substantia convenit illud.

Et haec quaeruntur de substantia.

1. Ultimo] Ulterius F Aristoteles] om. P in littera] infra F 4. arguitur] arguit Gervisius(?) F 4. intelligentiae] intellective F 4-5. separ<atae> substantiae] om. P 5. sunt] om. F unae et eadem] una et eadem F 5. et tamen non] et cum non P; tamen non semper F 6. in] om. P 7. suscipiunt] recipiunt F 9. conveniret] insit F substantiae] non enim convenit substantiae separatae add. F 9. quod] quia F 11. Et] om. P

1-3. Aristoteles Cat. 5 4a10-1: Maxime vero substantiae proprium videtur esse quod, cum idem et unum numero sit, contrariorum susceptivum est. nota 4. Gervisius(?) mihi ignotus est. 6-7. Cf. Aristoteles Meteora I,3 341a17-23;35-6; Hamesse 171 (5): Corpora caelestia motu suo generant calorem in istis inferioribus; ipsa tamen non recipiunt peregrinas impressiones, quia calefieri non possunt.

Quaestio 24

/F5ra/ *Quantitatis aliud autem continuum*, etc.

Circa capitulum istud quaedam quaeruntur in generali, primo utrum quantitas sit genus.

1. Et videtur quod non, quia nullum genus praedicatur denominative de suis speciebus, quoniam genus praedicatur in quid et

essentialiter de illis de quibus praedicatur; quantitas autem de sua specie praedicatur denominative, bene enim dicitur 'linea est quanta'; ergo non est genus.

2. Item in quolibet genere est reperire unum minimum ad quod omnia quae sunt in illo genere reducuntur, sicut /P93rb/ dicit Aristoteles libro Posteriorum. Nunc autem in quantitate non est reperire unum minimum sed duo, ut unitatem et punctum. Ergo non erit unum genus. 10

Oppositum patet per Aristotelem qui ponit quantitatem esse praedicamentum. Et arguitur ratione quoniam illud est genus quod accipitur ab aliqua proprietate communi in qua conveniunt omnia univoce contenta in illo genere. Nunc autem quantitas est huiusmodi, ut declarabitur inferius. 15

Et ad hoc intelligendum est quod Aristoteles definit quantitatem in quinto Metaphysicae: "Quantitas est illud quod per se dividitur in res quae insunt, quarum unaquaeque est illud secundum naturam." Et per hoc quod dicit, "secundum se dividitur," differt ab aliis praedicamentis; alia enim praedicamenta non dividuntur nisi secundum divisionem quantitatis. Per hoc etiam quod dicit, "in res quae insunt," differt a divisione mixti in elementa. Elementa enim non sunt actu in mixto, sed virtute solum. Illa autem quae in quantitate sunt, actu sunt in ipsa. Et per hoc quod dicit, "quarum unaquaeque est illud secundum naturam," differt a divisione alicuius compositi in suas partes essentielles, sicut est divisio hominis in materiam et formam ex quibus componitur, non enim unaquaeque partium istarum est homo. Et hac definitione habita, dicendum quod quantitas est genus et etiam praedicamentum. 20 25 30

Intelligendum quod ad hoc quod aliquid sit praedicamentum tria exiguntur. Primum est quod supra ipsum non sit genus. Secundum quod habeat modum praedicandi distinctum ab omnibus modis praedicandi aliorum praedicamentorum. Tertium est quod accipiatur ab aliqua proprietate communi in qua conveniunt omnia quae sub ipso sunt contenta. 35

Primi probatio est quoniam praedicamentum hoc videtur dicere de sua ratione. 40

Secundum etiam patet per hoc quoniam praedicamenta distinguuntur secundum diversas praedicationes: distinguitur enim quantitas ab

aliis eo quod diversus modus praedicandi est in ipsa et in aliis, quando de ipsa substantia praedicatur.

Tertium autem iam manifestum est de se: si enim non esset aliqua ratio communis illis quae continentur sub illo genere, iam non esset genus. Nunc autem si a tali proprietate accipitur quantitas, manifestum est quod sit genus. Quod autem omnia ista conveniunt quantitati de duobus primis planum est. 45

Quae autem sit illa proprietas? Dicendum quod non est illa quam ponunt quidam. Dicunt enim quod accipitur a ratione mensurandi, quae convenit omnibus quantitativis. Unde sicut dicit Aristoteles decimo Metaphysicae quantitates sunt maxime in ratione mensurae. Istud tamen non videtur verum. Si enim acciperetur a ratione mensurae, tunc quicquid istam rationem haberet esset quantitas. Hoc 50 autem est falsum. Videmus enim unitatem quae mensura est omnium /P93va/ et tamen non est quantitas; ideo non videtur accipi quantitas a tali proprietate. 55

Quae tamen sit illa? Dicendum quod cum quantitas sit illud quod per se dividitur, sicut dictum est superius, non autem dividitur aliquid per se nisi quod habet partes per se, ideo dico quod habere partes per se est proprietas a qua accipitur quantitas, in qua conveniunt omnes quantitates. Unde nihil est quod per se habeat partes nisi quantitas. 60

Et visum est quod quantitas omnia illa habet quae requiruntur ad praedicamentum rationem; ideo quantitas est praedicamentum et etiam genus. 65

1. Tunc ad rationes, cum dicitur "nullum genus denominative praedicatur" etc., dicendum quod verum est sub ratione qua genus est. Et cum dicitur quod quantitas denominative dicitur de suis speciebus, 70 dicendum quod cum quantitas duo habeat in se, scilicet, (1) rationem mensurae secundum quam mensurata est, secundum hoc potest dici denominative de speciebus quantitatis; non tamen secundum hoc dicitur genus. Quod autem secundum hoc dicatur denominative patet, omnis enim quantitas mensurata est. Et si tu arguas "mensurata est, 75 ergo ab alio mensuratur, et illud ab alio, et sic in infinitum", dicendum quod non est procedere in infinitum; immo est status in prima mensura a qua mensurantur omnia, sicut in unitate. Et cum arguis quod illa mensuratur ab alio, cum sit mensura aliorum, dicendum quod non est verum. Non enim mensuratur ab alio, sed a se ipsa; 80

igitur secundum istam rationem potest dici denominative. (2) Alia est tamen proprietas a qua dicitur esse genus, sicut habere per se partes, et secundum hoc non dicitur denominative.

2. Ad aliud, quod in genere est reperire etc., dicendum unum minimum simpliciter. Et cum dicitur quod in quantitate non est hoc reperire, dicendum quod immo, scilicet unitatem, a qua omnia mensurantur. Aliud tamen minimum reperitur secundum quid, sicut punctus est unum minimum in quantitate continua solum. 85

1. autem] om. F 6. de 1...praedicatur] om. F 15. genus] ad alia plura add. F;
aliquid alia plura add. et del. P 16. accipitur] accipere P 17. huiusmodi] ergo
quantitas est genus add. F 21. insunt] eiusdem unum (vel unde) sunt F illud]
om. F 22. "secundum se dividitur"] om. F 23. enim] autem P 25. insunt]
eiusdem sunt F 28. illud] unum F 31. Et] in P 39. probatio] propositio P
a.c., quo deleto corrector in mg. probatio scripsit 42. praedicationes] rationes
praedicandi F 43. praedicandi] om. F 43-4. quando...praedicatur] quando de
ipso praedicantur del. P 45. autem...se] est quod requiritur quod habeat talem
proprietaem in qua convenient omnia illa quae sunt sub illo continentur. Ideo
manifestum est F 47-8. proprietate ... est] genere accipitur quantitas in qua
conveniunt omnes quantitates, ideo cum omnia ista sint in quantitate ipsa, videtur F
51. mensurandi] praedicandi vel mensurandi F 52. quae] ratio praedicandi add. F
53. maxime] dne add. et exp. P; magne dne F 56. omnium] omni F et P a.c.
64. quantitas] per se 2...quantitas ex lin. 61-2 iter. P, quod in ergo per se habere partes
erit proprietas a qua accipitur quantitas mutavit P corr. in mg. 65. Et visum est]
Et visu est P; ut visum est. Patet F 71-2. scilicet...est] ratione mensurae
secundum quod mensura est F 72. est] dico quod add. F 75. mensurata]
mensura F, et P a.c.; mensurata P corr. 75. Et...est] om. F 76. ab alio 1]
aliquid F 76. sic] sicut P 78. cum] si tu F 79. alio] et sicut in unitate
add. F 81. dici] om. F 81-2. Alia est tamen] alia tamen P; est tamen F
82. per se] om. F 84. genere] causa P 84. dicendum] quod verum est add. F
86. scilicet unitatem, a qua] unum minimum simpliciter est reperire sicut in unitate, ab
unitate enim F 88. unum] enim F

1. Aristoteles Cat. 6 4b20: Quantitatis autem aliud quidem est continuum, aliud discretum. 4-5. Aristoteles Topica II,2 109b4-6; Hamesse 323 (21): Nullum genus denominative praedicatur de suis speciebus, sed univoce. 9-11. Aristoteles Metaph. X,1 1052b18-9: Maxime vero metrum esse primum cuiuslibet generis et maxime proprie quantitatis; Hamesse 135 (239): In unoquoque genere est dare aliquod primum et minimum quod fit metrum et mensura omnium illorum quae sunt in illo genere. Aristoteles Post. An. I,23 84b37-8 (translatio Iacobi): Et quemadmodum in aliis est principium simplex, hoc autem non idem ubique est, sed in gravi quidem mina, in membris autem divisio. 18. Cf. infra. 61-3 19-21. Aristoteles Metaph. V,13 1020a7-9: Quantum dicitur quod est divisibile in eis quae insunt, quorum utrumque aut singulum unum quid et hoc aptum natum esse. 51-2. Cf. Albertus Magnus Liber de Praedicamentis (ed.

Borgnet) 194b: Quia autem quantitas multarum divisionem est, oportet primo nos notificare quantitatem per divisionem ipsius, quia si per diffinitionem notificaremus eam, non possumus dicere nisi quia est mensura substantia; Petrus de Sancto Amore Sententia super librum Praedicamentorum, ms. Paris BN 1374, f.19va: illud est quantitas quod habet rationem mensurae; pseudo-Aegidius Romanus Expositio in Artem Veterem (Venetiis 1507) 20rb: Dico ergo quod quantitas est genus, et habet rationem quantitatis communitate generis generalissimi, et habet diversam rationem ab omnibus aliis generibus, quia habet rationem mensurae. 52-3. Aristoteles Metaph. X,1 1052b18-9; cf. supra .9-11

Quaestio 25

Tunc supposito quod quantitas sit genus ad continuam et discretam, quaeritur de qua istarum dicatur per prius.

1. Arguitur quod de nulla, quia species sunt coaequaevae sub genere; ergo de nulla dicitur per prius.

2. Arguitur tamen quod de quantitate continua dicatur per prius, quia quantitas de eo dicitur per prius a quo denominatur; sed, ut videtur, per prius denominatur a quantitate continua; ergo, ut videtur, prius dicitur de quantitate continua. 5

3. Arguitur etiam quod prius dicatur de quantitate discreta, quoniam de eo videtur prius dici quantitas cuius est prius principium; sed /P93vb/ principium quantitatis discretae prius est quam principium quantitatis continuae; ergo, ut videtur, de quantitate discreta prius dicitur. Quod autem principium quantitatis discretae prius sit quam principium continuae patet ex hoc quod unitas prior est puncto, punctus enim addit supra unitatem positionem. Est enim punctus substantia posita, unitas autem substantia non posita, ideo etc. 10 15

Ad quod dicendum est quod aliquid potest dici de uno per prius et de alio per posterius dupliciter. Aut ita quod dicatur de illis duobus per diversas rationes, ita tamen quod ad unum reducantur, et sic est analogia, et tale prius impedit naturam generis. Alio autem modo potest dici aliquid de duobus per prius et posterius, tamen per unam rationem, et hoc modo non impeditur natura generis. Hoc autem modo dicitur quantitas per prius de discreta quam continua, cuius probatio est quia principium quantitatis discretae, sicut unitas, prius principio convenit quantitatis continuae, quod est punctus. Addit 20 25

enim punctus supra unitatem positionem. Est enim punctus substantia posita, et unitas non posita.

1. Ad rationes, cum dicitur quod species sunt coaequae sub genere, verum est quantum ad praedicationem. Quod autem una non sit prior alia secundum naturam non est verum.

30

2. Ad aliud cum dicitur quod de illa per prius dicitur, etc., dicendum quod non magis dicitur quantitas continua quanta quam discreta, quoniam quantum et quantitas eiusdem sunt communitatis. Si igitur discreta quantitas et continua sunt aequae, una non dicitur magis quanta quam alia, et sic argumentum non concludit.

35

2. per] om. P 4. prius] et de nulla per posterius add. F 5. Arguitur] arguatur P
6-7. videtur, per] om. P continua] om. F ut videtur, prius] per prius videtur quod F
8. dicitur] om. P 9. de] in P 15. enim 1] autem P 18. Aut] cum P 23. de
discreta quam continua] de continua quam de discreta F 25. principio convenit] est
principius F 31-5. Ad...concludit] Ad aliud quando dicitur quod de illa dicitur per
prius a qua denominative dicitur, dicendum quod non magis denominative dicitur de
continua quam de discreta, quoniam omnis quantitas est eiusdem communitatis. Non
igitur discreta quantitas et continua sunt aequae quantitates, una enim dicitur magis
quantitas quam alia, et sic argumentum non concludit F 34. dicitur] dicet P
Tertia responsio non extat

3-4. Cf. Aristoteles Cat. 13 15a5; Hamesse 304 (38): Species simul sunt sub genere. Idem dicit Boethius quod species sunt coaequae sub eodem genere. 15. Aristoteles Post An. I, 27 87a36; Hamesse 319 (91): Unitas non est substantia sine positione, sed punctum est substantia positionem habens.

Quaestio 26

Consequenter quaeritur utrum numerus sit quantitas.

1. Et arguitur quod non, quoniam ex non quantitativis non fit quantitas; numerus componitur ex unitatibus quae non sunt quantitates; igitur etc.

In oppositum est Aristoteles.

5

Ad hoc dicendum quod numerus quantitas est quia omne illud quod est divisibile in partes quae insunt per se quantitas est. Hoc enim habetur ex definitione quantitatis quam assignat Aristoteles quinto Metaphysicae. Nunc autem numerus est huiusmodi. Ideo numerus est quantitas et etiam discreta, ut probat hic auctor in littera, 10 quoniam illa quantitas est discreta cuius partes non copulantur ad ali-

quem terminum communem, sed partes numeri est huiusmodi. Ideo numerus est quantitas discreta.

1. Ad rationem respondendum est. Cum dicitur quod ex non quantitatibus etc., dicendum quod verum est quod ex non quantitatibus in actu vel in potentia non fit quantitas, sicut ex substantia quae nullo modo est, non fit substantia; et sic ex illo quod nullo modo est quantitas, non fit quantitas. Et cum dicitur in minori quod /P94ra/ unitas non est quantitas, dicendum quod verum est in actu; in potentia tamen est quantitas, et hoc per potentialem additionem. Et sic non concludit.

7-10. Hoc...quantitas] om. F 15. etc.] non fit quantitas F 17-18. et...quantitas 2] om. F 18. quod] iter. F 20. et hoc] om. P

5. Aristoteles Cat. 6 4b24: Est autem discreta quantitas ut numerus et oratio

8-9. Aristoteles Metaph. V,13 1020a7-9; cf. supra q. 24.16-8. 10-12. Aristoteles Cat.

6 4b26-7: Partium etenim numeri nullus est communis terminus ad quem copules particulas eius

Quaestio 27

Quaeritur utrum numerus sit unus.

1. Et videtur quod non, quoniam illud quod est multum non est unum; nunc autem numerus est huiusmodi, nam quilibet numerus habet plures partes; ergo etc.

2. Item ex duobus in actu non fit unum; sed numerus componitur ex duobus entibus in actu; /F5rb/ igitur etc.

Oppositum arguitur. Omne ens est unum; numerus est ens; ergo numerus est unus. Probatio consequentiae quoniam ens et unum convertuntur, et ideo si numerus est ens, numerus est unus, ergo etc.

Ad quod dicendum quod numerus est unus - unus dico per quiditatem suam. Unus senarius est ens senarius, ita quod non quinarius vel aliquis alius, sicut homo ita homo quod non asinus, et eodem modo quo numerus est ens. Et etiam ab unitate, quia partes de se non sunt distinctae et diversae; nec in actu, propter quod dicit Aristoteles alibi, quod senarius est semel sex et non bis tria.

1. Ad argumenta respondendum quod illud quod est multum etc., et numerus est huiusmodi etc., dicendum quod unitas secundum species et multitudo secundum partes non repugnant. Ideo non re-

pugnant ista duo, scilicet quod numerus sit unus secundum quantitatem et multum secundum partes.

20

2. Ad aliud quod tu dicis quod numerus componitur, etc., dicendum per interemptionem. Unde quamvis duo entia in actu constituent numerum, non tamen sunt in eo in actu, sed in potentia, ut vult Aristoteles quinto Metaphysicae. Et sic patet ad ista.

4. plures partes] perfectus(?) partes **F** 6. actu] scilicet ex unitatibus /F5rb/ quae sunt actu **add. F** 12. asinus] ita similiter senarius est ens senarius ita quod non aliquid aliud **add. F** 13. ens] et eodem modo cum unum sig(n)o numerus est unus a quantitate sua **add. F** 14. et] nec **F** 16. etc.] non est unum **add. F** 21. etc.] ex duobus entibus in actu **F** 23. sunt in eo in] sub eadem specie **F**

8-9. Aristoteles Metaph. X,2 1054a13: idem significant unum et ens. 14-5. Aristoteles Metaph. V,14 1020b8-9: sex non bis tres sunt sed semel; sex enim semel sex.
22-4. Ibid.

Quaestio 28

Consequenter quaeritur de secunda specie quantitatis discretas quae est oratio, et quaeritur utrum oratio sit quantitas per se.

1. Et arguitur quod non, quoniam nullum sensibile est quantitas per se; sed oratio est sensibilis cum sit obiectum sensus auditus; igitur etc.

5

2. Item quod est in genere qualitatis non est quantitas; sed oratio est huiusmodi, cum sensibilis, et est in tertia specie qualitatis; quare etc.

In oppositum est Aristoteles et ratio, quoniam quod mensuratur per se et per partem sui est quantitas. Oratio est huiusmodi, mensuratur enim per litteras et per syllabas quae sunt partes sui; igitur etc.

10

Ad hoc dicendum quod cum sit triplex oratio, scilicet in mente, in scripto, et in prolatione, quod nec oratio quae in mente nec quae in scripto est est quantitas, sed quae in prolatione. In qua oratione est quaedam distinctio partium, eo quod una littera distincta est ab alia, et etiam syllaba, secundum quod apparet in eius prolatione. Et ideo est ibi considerare discretionem et successionem, secundum quod per prius et posterius profertur. Igitur secundum quod oratio in prolatione est, discreta /P94rb/ quantitas est, et tunc definitur sic ab aliis: oratio est multitudo discretorum sibi invicem succedentium.

15

20

1. Ad rationes. Quod tu arguis quod talis oratio non est quantitas cum sit sensibilis, quia nullum sensibile est quantitas, dicendum quod verum est secundum quod sensibile, quia sensibile secundum quod huiusmodi est qualitas, et ideo concedo quod oratio ut sic non est in genere quantitatis, sed potius qualitatis. Sciendum tamen quod illud quod per se est in genere qualitatis potest reduci in genus quantitatis, sed hoc per aliam rationem per quam est in genere quantitatis. Est autem in genere qualitatis secundum quod movet auditum. Sed oratio est in genere quantitatis secundum quod est multitudo discretorum sibi invicem succedentium. Et sic possumus dicere quod oratio aequivoce dicitur de oratione quae movet auditum et de oratione quae est multitudo, et sic per aliam et aliam rationem. 25 30

2. Et sic patet solutio ad aliud

4. sensibilis] per se add. F 9. est] om. P 11. litteras] litteram P 14. sed] oratio add. F 14. oratione] prolatione F 19-20. ab aliquibus] ab auditoribus F
20. succedentium] dicendum ergo quaedam oratio quantitas est, quoniam oratio in prolatione, et quaedam non, quoniam neutra aliarum add. F 22. quia nullum...quantitas] om. P 23. sensibile] non est quantitas add. F 23-24. secundum...qualitas] et insensibile est quantitas F 26. in 2] ad F 31. quae 1 ... oratione 2] om. P
32. multitudo] discretorum etc. add. F rationem] est qualitas et quantitas ut dictum est add. F 33. aliud] illud P

9. Aristoteles Cat. 6 4b25: Est autem discreta quantitas ut numerus ut oratio
12-3. Boethius Comm. in Periherm. I c. 1 (ed. Meiser) 29.17; 30.3; 36.11; 42.15.
19-20. Cf. infra q. 29.11; 30.15-6

Quaestio 29

Consequenter quaeritur utrum oratio differat essentialiter a numero.

1. Et arguitur quod non, quoniam quae differunt solum differentia materiali non differunt essentialiter, quoniam differentia materialis non facit speciem; sed numerus et oratio differunt differentia materiali, ergo non essentialiter. 5

In oppositum est Aristoteles et ratio, quoniam mensura continui et successivorum non est unum. Quare numerus et oratio non sunt unum, ut videtur.

Ad hoc dicendum quod oratio differt a numero essentialiter, quia oratio est multitudo discretorum ad se invicem succedentium, sicut 10

dictum est. Numerus autem est multitudo discretorum sibi invicem permanentium.

1. Tunc ad argumentum respondendum est dicendo quod numerus et oratio non solum differunt differentia materiali, sed etiam differentia essentiali sive formali, quae sunt successio et permanentia, vel quae circumloquuntur differentias formales. Et sic ad illud. 15

Totam quaestionem iteravit P, 'va...cat' adscripto del. Pcorr. P29 = q.29 iterata

4. material] cum add. P29 7. Aristoteles] qui dividit quantitatem discretam in numero et oratione add. F 7. continui] continuorum F; est add. P29 11. ad se] sibi F 11-2. succedentium ... invicem] om. P29 11. sicut] sic P; deest P29 13. permanentium] ad add. et exp. P29

11-2. Cf. supra q. 28.20

Quaestio 30

Consequenter quaeritur utrum tempus /P94va/ et oratio sint quantitas una.

Et arguitur quod sic, quoniam illud quod habet mensuram unam est quantitas una, sed ista sunt huiusmodi. Probatio quoniam breve et longum sunt mensura temporis et similiter orationis; ergo etc. 5

In oppositum est Aristoteles, dicens quod numerus et oratio sunt quantitates discretas, tempus vero continua.

Ad quod dicendum quod oratio differt a tempore, cuius ratio est quoniam oratio non est nisi discretio vocum ad se invicem succedentium, et tempus est differentia continui; quare, ut videtur, non sunt quantitas una. 10

1. Ad argumentum in oppositum dicendum, cum dicis quod tempus et oratio habent eandem mensuram, quod non est verum. Breve enim et longum non sunt mensura orationis ut tu dicis, prout oratio hic sumitur, scilicet ut est multitudo discretorum sibi succedentium. 15

13. mensuram] ergo sunt quantitas una add. F 13. verum] et tu magis probas quoniam breve et longum sunt mensura temporis et orationis add. F

6-7. Aristoteles Cat. 6 4b24-5: Est autem discreta quantitas ut numerus et oratio, continuum vero linea, superficies, corpus; amplius autem praeter haec tempus et locus.

Quaestio 31

Consequenter quaeritur de loco, et primo utrum sit quantitas per se.

1. Et quod non videtur, quoniam illud quod est quantitas per se non habet naturam activam, quoniam quantitas praecedat illam; sed locus naturam habet per se activam, quia agit in locatum; quare non est quantitas per se, ut videtur. 5

2. Item illud quod non habet partes per se non est quantitas per se; sed locus non habet partes per se; ergo etc.

(a). In oppositum quoniam partes loci copulantur ad eundem terminum ad quem corporis particulae, scilicet ad superficiem, ut vult Aristoteles, ergo locus est quantitas per se et etiam continua. 10

(b). Item locus habet rationem mensurandi, ergo est quantitas per se, quoniam quantitati ratio mensurandi per se contingit; et ideo quod habet rationem mensurae per se est quantitas per se, etc.

Ad istam rationem dixerunt aliqui quod locus est quantitas per se eo quod habet rationem mensurandi ad modum continui, et tale est quantitas per se. Igitur et locus est quantitas continua, ut dixerunt, eo quod habet rationem mensurandi ad modum continui. (c). Et est quantitas distincta a superficie, ut dicunt, quia aliam habet rationem mensurandi locus quam superficies; verumtamen idem habent subiectum, sed illud subiectum alia ratione dicitur superficies et alia locus. Unde superficies dicitur ultimum corporis continentis mensurans locatum, et ideo dicunt quod locus est quantitas distincta a superficie, eo quod aliam rationem habet, licet idem subiectum. Et isti sic ponentes respondent ad rationes probantes locum non esse quantitatem per se. 15 20 25

1. Nam cum dicitur quod locus habet naturam activam, etc., dicendum quod si locus consideratur prout /P94vb/ est continens et mensurans ipsum locatum, sic non habet naturam activam, et sic est quantitas. Verumtamen si consideretur prout est conservativum locati, sic habet naturam activam in locatum, et sic non est quantitas. Et ideo nihil ad propositum. 30

2. Et ad aliud quoniam illud quod non habet partes per se, etc., dicendum quod non est verum, quoniam habere partes non facit

quantitatem, sed habere rationem mensurandi. Et quia locus rationem mensurae habet, ideo locus est quantitas per se. 35

Nihilominus tamen hoc non videtur esse de intentione Simplicii supra passum istum. Unde innuit Simplicius quod locus non est quantitas per se, supponendo quod ratio quantitatis sit habere partes per quas mensuretur quantitas, et hoc videtur velle Aristoteles in definitione quantitatis quam ponit quinto Metaphysicae, quae definitio est superius. Et ideo quia locus non habet partes per se, igitur non est quantitas per se. Et ista ratio debet facere fidem quae accipit definitionem quantitatis pro medio, et etiam videtur bene de intentione Aristotelis, quia non enumeravit locum inter alias quantitates. 40 45

Item si habere rationem mensurandi esset differentia completa ipsius quantitatis, quicquam haberet rationem mensurandi haberet rationem quantitatis et esset quantitas; quod est falsum, quia unitas rationem mensurandi habet, et tamen non est quantitas. Ideo dicendum quod habere rationem mensurandi non est differentia completa ipsius quantitatis, sed est passio quantitatis, nam accidit quantitati: per hoc quod habet partes accidit ei quod mensuretur, et sic habere rationem mensurandi non est essentiale quantitati. Et ideo quia locus partes non habet per se, non est quantitas per se, sed passio quantitatis, eo quod habet rationem mensurandi. Et hoc videtur velle Simplicius commentator et Averroës et etiam videtur esse de intentione Aristotelis quinto Metaphysicae, qui definit quantitatem sicut dictum est, et non enumerat locum inter species quantitatis, sed in hoc libro enumerat; /F5va/ et hoc forte quia in tempore suo famosum esset quod esset quantitas. Et sic dicendo facile est respondere ad argumenta in oppositum. 50 55 60

(b). Ad primum argumentum eorum dicendum quod non sequitur quod locus sit quantitas quamquam habeat rationem mensurandi. Nam accidit quantitati quod mensuretur per hoc quod habet partes, et ideo habere rationem mensurandi non facit locum esse quantitatem. 65

(c). Nec etiam sequitur illud quod dicunt, quod quamvis locus aliam rationem mensurandi habeat quam superficies, quod propter hoc sit quantitas distincta a superficie.

(a). Et cum arguitur quod partes loci copulantur ad eundem terminum, etc., intelligendum quod /P95ra/ exponit Boethius 'ad eundem', id est, 'ad consimilem'. Sic igitur patet quod locus non est quantitas per se. 70

4. non] est actu suo sive non **add. F** quoniam quantitas praecedit] sed quantitas naturam activam praecedit **F** 5. naturam ... agit] non habet per se. Activus est **P**; actus est quia agit **F** (cf. lin. 27) 8. etc.] non est quantitas per se **F** 12. mensurandi] per se **add. F** 16. tale] id quod habet modum mensurandi **F** 17. est] et etiam **P** 17. quantitas] per se et est quantitas **add. F** 27. etc.] eo quod agit in locatum **F** 28. consideratur] per se **add. F** 29. sic 1] sed **P** 30. si] locus **add. F** 32. propositum] quoniam eo modo quo est quantitas naturam activam non habet **add. F** 33. habet] **om. P** 33. partes] non est quantitas **add. F** 34. dicendum] dicunt **F** 34. non 2] sicut **add. P** 35. quantitatem] per se **add. F** 37. non] **om. F** 37. Simplicii] commentatoris (?) **add. F** 41. quinto] septimo **P** definitio] dicta **P** 42. superius] in illo capitulo **add. F** 43/44. definitionem quantitatis] definitionem **F**; quantitatis **P** 45. locum] istam quantitatem **F** 52. accidit ei] **om. F** 54. per se 1] **om. F** 59. enumerat] et ponit ibi locum /F5va/ inter alias species quantitas **F** 70. etc.] ad quem corporis particulae, scilicet ad superficiem; ergo est quantitas **F** 70. Boethius] **om. F** 'ad eundem'] locus ad eundem terminum **F** 71. consimilem] ut ad lineam et punctum per accidens **add. F**

9-11. Aristoteles Cat. 6 5a11-2: ergo et loci particulae, quae obtinent singulas corporis particulas, ad eundem terminum copulantur ad quem et corporis particulae.

15-26. Auctores mihi non inventi. 37-40. Simplicius In Praed. I, 170.15-8 (ed. Kalbfleisch p. 125): Attendendum autem, quod hic corporis partes continuas secundum se in loco esse ait; etenim obtinent et ipsae locum, non tamen secundum se, quoniam neque sunt secundum se <in loco> neque continentur secundum se. 40-42. Aristoteles Metaph. V, 13 1020a7-9; cf. supra q. 24.19-21. 56. Simplicius: cf. supra .37-40; Averroes In Metaph. V (ed. Ponzalli), com.18, p. 161.87-90: Et posuit <Aristoteles> hic motum de spetiebus quantitatis, quod non fecit in libro Praedicamentorum, et illic locum quod non fecit hic. Et forte dimisit locum hic, quia apud ipsum est de passionibus quantitatis, et ideo non posuit ipsum in eis quae sunt quantum per suam substantiam. 57-58. Aristoteles Metaph. V, 13 1020a7-9; cf. supra q. 24.19-21. 59. Aristoteles Cat. 6 4b25-6 69-71. Cf. Petrus Abaelardus Logica 'Ingredientibus' (ed. Geyer), p.189.19-21: Nam illud quod ait Aristoteles partes loci copulari ad eundem terminum ad quem partes corporis, 'eundem' dixit pro 'consimilem'.

Quaestio 32

Consequenter quaeritur utrum motus sit quantitas per se.

1. Et videtur quod sic, quoniam quod est divisibile in partes quae insunt est quantitas per se; sed motus est huiusmodi; ergo motus est quantitas per se.

In oppositum est Aristoteles quinto Metaphysicae.

Item quod circuit omne genus non est in genere quantitatis per se; sed motus est huiusmodi, quia in quolibet genere reperitur motus; ergo motus non est in genere quantitatis per se.

Ad hoc dicendum quod motus non est quantitas per se. Et ratio huius est quoniam quantitas est quod primo et per se partes habet. 10
Hoc enim manifestum est ex definitione quantitatis superius tacta. Sed motus non habet partes primo et per se nisi per magnitudinem; igitur motus non est quantitas per se. Unde quamvis motus divisibilis sit in partes, non tamen est divisibilis in partes quae sunt in eo per se 15
sed per accidens. Et propter hoc Aristoteles dixit hoc convenienter quod motus non est quantitas per se sed per accidens, et est in genere quantitatis per accidens.

1. Et quando tu arguis, illud quod est divisibile in partes quae sunt in eo, illud est quantitas; hoc verum est si sit divisibile in partes quae sunt in eo primo et per se, et non in partes quae sunt in eo per 20
accidens. Et ideo quia motus non est divisibilis in partes primo et per se sed per aliud, ut per magnitudinem supra quam est motus, igitur non est quantitas per se.

2. in partes] om. P 3. huiusmodi] divisibile in partes motus F 4. se] Praeterea quod est per se mensura est quantitas per se, sed motus est per se mensura, ergo etc.; dicendum quod Aristoteles dicit quod non est per se mensura sed per magnitudinem in qua est motus add. F 6. quantitas per se] om. F 13. motus non est quantitas] quantitas non est motus F 14. partes 1] quae sunt in eo add. in mg. F non ... partes 2] om. P 18 illud quod] quod illud P 19-22. illud...per se] primo et per se est divisibilis in partes eius P 22-3. igitur] motus add. F

5. Aristoteles Metaph. V, 13 1020a26-9. 11. Cf. supra q. 24.19-21. 15-7. Aristoteles Cat. 6 5a39-b3: Proprie autem quantitates hae solae sunt quas diximus, alia vero omnia secundum accidens...<ut> motus <dicitur> multus

Quaestio 33

Consequenter quaeritur utrum quantitati sit aliquid contrarium.

1. Et quod sic videtur, quoniam omnis motus est a contrario in contrarium, ut dicitur libro Physicorum, quia ibi ponit Aristoteles motum in tribus generibus, scilicet in quantitate, qualitate, et ubi; sed ad quantitatem est motus, ut patet per Aristotelem; ergo quantitati est 5
aliquid contrarium.

In oppositum est Aristoteles.

Ad hoc dicendum est quod quantitati nihil est contrarium, considerando quantitatem secundum se. Et hoc modo intellexit Aris-

toteles quando dixit quod quantitati nihil est contrarium. Consi- 10
derando autem quantitatem secundum quod est perfecta vel imper-
fecta, determinata vel indeterminata, sic quantitati aliquid est
contrarium. Ad quantitatem autem secundum se non est motus,
quoniam non potest generari nova quantitas secundum se.

1. Et quod tu arguis in oppositum, quod ad quantitatem est motus, 15
verum est secundum quod est perfecta vel imperfecta. Et hoc modo
concedo quod quantitati est aliquid contrarium. Sed ad quantitatem
secundum se non est motus, et ideo quantitati secundum se non est
aliquid contrarium.

10. contrarium] om. P 14. non] om. F

2-3. Aristoteles Phys. V,2 226b2-3; Hamesse 153 (157): Omnis motus fit a contrario in
contrarium. 3-4. Aristoteles Phys. V,1 225b5-9; Hamesse 152 (155): Motus tantum
est in tribus praedicamentis quae sunt quantitas, qualitas et ubi. 7. Aristoteles Cat. 6
5b13: Amplius quantitati nihil est contrarium. 9-10. Ibid.

Quaestio 34

Consequenter quaeritur utrum linea sit quantitas.

1. Videtur quod non. Quod est principium quantitatis non est
quantitas; linea est huiusmodi; ergo etc. Maior patet. Minor decla-
ratur, quoniam linea principium est superficiei; superficies autem
quantitas est; et sic patet minor. 5

In oppositum. Omne quod dividitur in partes quarum quaelibet
pars potest dividi est quantitas. Linea est huiusmodi, potest enim di-
vidi linea in lineas, si abscindantur, quarum quaelibet erit quantitas,
cum per se /P95rb/ partes habeat; et sic divisibilis est in eas. Igitur
est quantitas. 10

Ad hoc dicendum est quod linea est quantitas. Cuius ratio est
quoniam quod per se habet partes est quantitas; linea est huiusmodi;
ergo etc.

1. Tunc ad argumentum cum dicitur quantitatis principium, etc.,
dicendum quod verum est quod principium non est quantitas illa 15
cuius est principium. Nihilominus potest esse quantitas respectu sui
ipsius, cum per se partes habeat. Quod est proprium quantitati, cui
per consequens accedit ratio mensurandi, ita quod ratio mensurandi

non est illud quod facit quantitatem esse quantitatem, sed solum illud quod est secundum se habere partes. Et sic ad illud.

20

Hoc idem possit argui de superficie, cum superficies sit principium quantitatis ut corporis, et eadem solutio ibi applicetur.

1. quaeritur] om. P 3. linea...etc.] linea est enim principium quantitatis; ergo linea non est quantitas F 8. lineas] partes F 8. abscindantur] fort. abscindatur scribendum 9-10. divisibilis...quantitas] linea est quantitas F 14. etc.] non est quantitas F 15. dicendum] om. P 15. principium] quantitatis add. F 18. ratio 1] ratione F 22. corporis] corporalis F

Quaestio 35

Consequenter quaeritur utrum linea componatur ex punctis.

1. Et arguitur quod sic, quia sicut unitas se habet ad numerum, sic punctus ad lineam; sed numerus componitur ex unitatibus; ergo et linea ex punctis componetur.

In oppositum arguitur, si linea ex punctis componeretur, hoc non erit nisi ex additione puncti ad punctum. Sed additio puncti ad punctum nihil facit, ut probabo, quia dicit Aristoteles quod punctus puncto additus nihil auget vel perficit. Et si sic, linea ex punctis componi non potest.

5

Ad quod dicendum est quod linea ex punctis componitur formaliter et non materialiter. Unde punctus formaliter est in ipsa linea, cum ipsi lineae finem et complementum attribuat. Et huius declaratio est: nam si punctus non terminaret lineam, iam linea esset infinita; et cum infinitum formam non habeat, nec etiam cadat in arte, ideo relinquitur quod punctus sit forma ipsius lineae, cum ipsam finiet et terminet. Et est intelligendum quod in qualibet linea, sicut sunt ibi plura puncta in potentia, sic sunt ibi plures lineae in potentia. Unde si linea dividatur, quaelibet pars lineae adhuc erit linea. Et sic sine dubio dico quod ibi sunt plures lineae, non in actu sed in potentia.

10

15

1. Tunc ad argumentum in oppositum respondendum. Cum dicitur quod sicut se habet unitas ad numerum etc., dico quod est ut sic et est ut non. Est in hoc simile, quoniam sicut numeri componuntur ex unitatibus, sic linea ex punctis. Sed differt quod linea ex punctis formaliter, numerus autem ex unitatibus materialiter.

20

2. arguitur] ar P; videtur F 4-5. componetur...componeretur] om. F 8. punctis]
9punctis add. P 10. punctis] puncto P 10-1. formaliter] formale P 14. etiam cadat]
et cadit P 23 sic] sicut P

7-8. Aristoteles De gen. et cor. I,2 316a33-4; Gilbertus Porretanus (attr.) Liber De sex
principiis p.58.4-5, "Loci ex libro De gen. et cor. excerpti II": Quapropter etsi omnes
puncti componantur, nullam faciunt magnitudinem, quoniam punctus puncto compositus
nihil auget.

Quaestio 36

Consequenter quaeritur quare sunt quinque species quantitatis
continuae et non nisi duae quantitates discretas, et in quo differat
continuum et discretum.

Et ad hoc statim est dicendum quod sicut habetur in sexto Physi-
corum, illud est continuum cuius partes habent terminum communem
simpliciter. Discretum vero est cuius partes habent duos terminos
distinctos, cum non sit ibi /P95va/ unio continuitatis, sicut in
partibus numeri. 5

Sunt autem quinque species quantitatis continuae, quoniam omnis
mensura continua aut est mensura intra rem existens, aut erit per-
manens, aut successiva. Si successiva sic est tempus. Si permanens
sic est locus. Si autem sit mensura intra, aut ergo mensurat rem
secundum longum, et sic linea; aut secundum latum <et longum>, et
sic superficies; aut secundum latum, longum, et profundum, et sic est
corpus. Et si quaeratur qualiter differt corpus prout est species
substantiae et prout est species quantitatis, dicendum est quod corpus
potest dicere trinam dimensionem secundum longum, latum, et pro-
fundum; vel potest dicere subiectum trinae dimensionis, quod suscipit
illam trinam dimensionem. Primo modo est species quantitatis;
secundo modo est species substantiae. Et sic sunt quinque species
quantitatis continuae. 10 15 20

Discretum autem habet partes actualiter divisas, et hoc dupliciter.
Quia aut erit discretio a natura quae est prolatio vel numeratio.
Primo modo est oratio. Secundo modo est numerus. Vel possunt sic
sumi: nam distinctio actualiter habet partes diversas; aut ergo erit dis-
cretum permanens aut successivum. Si permanens, sic est numerus. Si
successivum, sic est oratio. 25

Si quaeras cuiusmodi oratio sit species quantitatis discretæ,
dicendum quod huiusmodi oratio nihil aliud est quam vox habens
partes actualiter distinctas et divisas in sui prolatione, sive sit vox 30
duarum syllabarum sive trium, et sic deinceps.

1. quare] om. P 2. continuæ] om. P 2. quo] quod P 4-5. in sexto Physicorum]
sexto P; in quinto Physicorum F 9. quinque] vere P 10. existens] aut extra rem
existens add. F 23. a natura] om. F 25. partes] om. P

4-5. Aristoteles Phys. V,3 227a11-3; Hamesse 153 (158): Continua sunt quorum ultima
sunt unum, ut cutis et caro. Cf. Phys. VI,1 231a22

Quaestio 37

Consequenter quaeritur quare mathematicae scientiae sunt de
quantitate tantum et non de aliis generibus.

1. Videtur quod sint de aliis generibus, nam mathematicae sunt de
rebus abstractis a motu et a materia; sed sicut quantitas habet abstrahi
a materia, sic et qualitas, et sic utrumque est abstractibile a materia 5
et universale; ergo debent esse scientiae mathematicae de qualitate
sicut de quantitate.

Et ad hoc dicendum quod naturalis philosophia est de rebus
/F5vb/ coniunctis motui et materiae. Ipsa vero metaphysica est de
rebus separatis a motu et a materia, et ut separata sunt. Mathe- 10
maticae vero sunt de rebus coniunctis, non considerando eas in quan-
tum coniunctae sunt, sed in quantum abstrahuntur ab ipso intellectu.
Et sic mathematica est de rebus abstractis, quae res, licet secundum
esse verum sint in materia, considerantur tamen a mathematica non
ut sunt in materia, et sic quantum ad esse quod habent in abstrac- 15
tione. Et quia solum quantitas habet abstrahi, habet enim quantitas
principia indivisibilia, scilicet punctum et unitatem, per quae
principia quantitas abstrahitur ab intellectu et consideratur in suis
principiis propriis, absque omni relatione formae ad materiam; aliae
vero res non habent huiusmodi principia indivisibilia per quae pos- 20
sint abstrahi ab intellectu; /P95vb/ [et] propter hoc de aliis acciden-
tibus non sunt scientiae mathematicae.

1. Ad rationes in contrarium dicendum quod duplex est abstrac-
tio. Est enim quaedam abstractio a partibus, et haec est in logica, et

talis est in quolibet genere, et de rebus sic abstractis non sunt
 mathematicae. Alia est abstractio formae a materia, quae fit per
 principia indivisibilia illius formae, per quae consideratur illa forma
 absque omni relatione formae ad materiam corporalem; et istae sunt
 quantitates quae abstrahuntur a materia secundum definitionem, non
 tamen secundum esse, et de rebus sic abstractis est mathematica.

<Altera ratio principalis.> Item sicut quantitas habet principia
 indivisibilia, scilicet punctum et unitatem, per quae habet abstrahi ab
 intellectu, similiter substantia habet principia indivisibilia per quae
 potest abstrahi. Ergo debent esse mathematicae de substantia sicut de
 quantitate.

2. Ad quod dicendum est quod principia in genere substantiae
 non sunt causa abstractionis, sed magis separationis. Et propter hoc
 quod mathematica est de rebus abstractis per principia, sicut punctus
 et unitas in genere quantitatis sunt principia abstractionis, propter
 hoc abstrahuntur ab omni materia corporali et absolvuntur ab omni
 relatione ad materiam.

4. abstrahi] a motu et add. F 6. et universale] om. F 8. quod] mathematicae
 non sunt nisi de quantitate add. F 9. et materiae] om. F 9. metaphysica]
 mathematica P 10. rebus] om. P 11. coniunctis] materiae add. F 16. abstrahi]
 esse abstracta F 18. consideratur] quantitas add. F 25. sunt] om. P 27. quae]
 principia add. F 28. absque] abstractione. Quantitas habet principia indivisibilia
 absque add. F 30. rebus] om. P 36. principia] indivisibilia add. F 38. abstrahuntur]
 qualitatem add. F 41. relatione] formae add. F

8-12. Cf. Thomas de Aquino In Metaph. VI, lect. 1, n.1162; Hamesse 127 (148):
 Naturalis considerat res conjunctas motui et materiae secundum esse, <mathematica
 autem considerat res conjunctas motui et materiae secundum esse,> sed separatas
 secundum rationem. (149): <Metaphysica> vero considerat res separatas a materia et
 motu secundum esse et rationem.

Quaestio 38

Consequenter quaeritur quare sunt quattuor mathematicae et non
 plures.

Ad quod dicendum quod mathematicae aut sunt de quantitate con-
 tinua aut discreta. Si de continua, sic sunt de magnitudine. Aut ergo

de magnitudine absoluta, et sic est geometria, quae est de magnitudine immobili; aut est de magnitudine relata, et sic est astrologia, quae considerat motum corporum supracaelestium. 5

Si autem sit de quantitate discreta, tunc est de numero. Aut ergo de numero absoluto aut relato. Si <de> absoluto, sic est arithmetica. Si de relato, sic est musica. Considerat enim musicus numeros soni in relatione ad alium numerum. Quae relatio est duplex aut dupla, ut diapason; aut secundum sesquialterum, ut est diapente; aut secundum sesquitercium, ut diatessaron; et sic de aliis. Unde musica proprie est de sono numerato comparato ad alium secundum proportionem. 10

Si dicat aliquis quod astrologia considerat magnitudinem ut mobilis est, huiusmodi autem magnitudo non est abstracta a motu, et ita astrologia non est mathematica cum non sit de abstractis; dicendum est ad hoc quod astronomia non considerat proprie magnitudinem mobilem, sed considerat distantiam ab uno ubi ad aliud. Considerat enim quantum spatium pertransit planeta in die naturali. Et sic de aliis motibus. 15 20

3. aut sunt] autem P; aut est F 6. immobili] mobili P 13. diatessaron] in dyaste-
ron P; dyapason F 14. proportionem] ad suum sonum numeratum add. F 15. dicat]
dicas P 16. motu] et ab ista materia(?) F 16-7. et...mathematica] non ergo est
musica(?) F 17. de abstractis] de rebus abstractis F 18. astronomia]
abstractionem(?) F 20. quantum] quoniam P; quam F pertransit] tendat F

Quaestio 39

Consequenter quaeritur quare est una mathematica de lineis, sicut geometria, et non de corporibus et superficiebus.

Ad /P96ra/ quod dicendum quod ista quaestio temptativa est. Et ideo dicendum quod geometria non solum est de lineis, sed etiam superficiebus et corporibus. Sunt enim tres partes geometriae, scilicet altimetria, planimetria, et steriometria. Et in prima agitur de lineis, in secunda de superficiebus, in tertia de corporibus. Et traditur prima pars in sex primis libris geometriae, secunda in septimo et octavo, tertia in aliis sex. 5

1. de] om. P 6. altimetria] liniometria F 6 planimetria] planeta P; metria exp.,
planimetria in mg. F 6. steriometria] steriatria P; astrologia F 8-9. in 2 ...sex] in
.a. et similiter in aliis sex F

Quaestio 40

Item quaeritur propter quid est una mathematica de numero, scilicet arithmetica, non sic autem de oratione.

Ad quod dicendum est quod oratio ut quantitas discreta non concernit materiam naturalem, sed ratione vocis determinat sibi materiam quae est in aëre. Ideo non potuit esse mathematica de oratione. Numerus autem nullam materiam sibi determinat, et ideo de numero est mathematica. 5

Si autem quaeras, cum sit mathematica de numero in sonis, propter quid non est mathematica de numero in aliis rebus, sicut in aqua vel terra; ad hoc dicendum est quod sonus ratione discretionis partium quae est in sono potuit abstrahi. Nam ratione illius discretionis et distinctionis naturalis quae est in partibus soni participat rationem numerorum, scilicet duplum, sesquialterum, sesquitertium, et sic de aliis. Et ideo de numero in sonis fuit mathematica; haec autem distinctio non fuit in rebus aliis. 10 15

1. quaeritur] om. P 4. naturalem] substantialem F 5. aëre] animam F 10. aqua vel terra] lapidibus et in aliis F

13. Cf. supra q. 38.11-3

Quaestio 41

Item si quaeritur quare non una mathematica est de loco et tempore sicut de aliis speciebus quantitatis, dicendum quod locus et tempus plus sunt de consideratione naturalis quam mathematici. Tempus enim non potest abstrahi a motu, cum successio in tempore causetur a successione in motu, nec sine motu potest intelligi. Et ideo non fuit mathematica de tempore. De loco autem posset dici quod ubi determinatur in geometria de superficiebus, ibidem determinatur de loco, sed non sub intentione loci. Cum enim locus sit superficies corporis locantis, ubi determinatur de superficie, ibidem determinatur de loco. Unde cum sit quidam locus naturalis, et simi- 5 10

liter quidam locus mathematicus, qui dicit solam dimensionem, et istum locum considerat mathematicus. Et solet distingui in loco natura quantitativa et qualitativa. Quantum ad primam consideratur a mathematico, quantum ad secundam consideratur a naturali.

10-1. et similiter quidam] et similiter quid(em) P; similiter est etiam F 12. in loco] om. F 13. quantitativa et qualitativa] qualitativa et quantitativa PF, sed et quantitativa in mg. F 14. consideratur] consideratur P; considerabatur F

Quaestio 42

Consequenter quaeritur circa litteram.

Et primo videtur Aristoteles male dicere in littera cum dicit "quantitatis aliud continuum aliud discretum". Nam dicit Priscianus quod quando verbum substantivum sequitur dividencia, tunc divisum debet esse in plurali, dividencia autem in singulari. Quare videtur 5 quod per Priscianum debet dici "quantitatum" et non "quantitatis".

Ad quod dicendum quod cum ibi sit divisio generis in species, natura autem generis non remanet in plurali sed in singulari, cum natura generis sit multiplicabilis et non multiplicata, /P96rb/ ad hoc intendens Aristoteles dixit "quantitatis" in singulari et non in plurali. 10 Grammaticus autem, cum istud non consideret, ideo diceret ibi esse soloecismum accidentalem, cum ponatur numerus singularis pro numero plurali. Et sic patet ad illud.

Item videtur quod male dicit Aristoteles cum dicit "aliud continuum aliud discretum", cum adiectivum et substantivum debeant 15 conformari secundum principia artis grammaticae in tribus, scilicet casu, genere, et numero. Quare, ut videtur, non deberet dici "aliud", sed "alia".

Ad quod dicendum quod cum neutrum genus essentiam rei significet, et hoc quod dico "aliud" dicat diversitatem essentiae, ideo dicit 20 "aliud" ut denotet quod ista duo essentialiter differunt.

1. Consequenter...litteram] Hiis habitis circa lineam, quaerantur quaedam F 2. in littera] om. F 4. substantivum] subiectum F 8-9. non...generis] om. P 9. multiplicabilis] multiplex F 15 substantivum] subiectum F 17-8. non...alia] deberet dicere alia continua alia discreta F 21. denotet] denotaret P; demonstret F

2-3. Aristoteles Cat. 6 4b20: Quantitatis autem aliud quidem est continuum, aliud discretum; Hamesse 303 (18): Quantitatis aliud continuum, aliud discretam. 3-5.

Priscianus Inst. Gram. XVII, III, 28 (ed. Hertz, 125.17-9): sin ad ea, quae dividuntur, singulariter verba consequentur, genetivum oportebit praeponi pluralem dividendum. 11-3. Cf. Donatus Ars Maior III, 2 (ed. Keil IV, 393): Per accidentia partibus orationis tot modis fiunt soloecismi, quot sunt accidentia partibus orationis.... Per numeros <sc. fiunt soloecismi>, sicut "pars in frustra secant" pro secat. 14-5. Aristoteles Cat. 6 4b20; cf. supra n.2-3

Quaestio 43

Praeterea quaeritur cum Aristoteles inferius definiat qualitatem, dicendo "qualitas est secundum quam quales dicimur", quare determinans de quantitate non definit ipsam sic: "quantitas est secundum quam quanti dicimur"?

Ad quod dicendum est quod cum qualitas non habeat nisi unicum concretum, quod est quale, ideo per ipsum potuit ipsam definire. Nunc autem quantitas duo habet, videlicet concretum quantitatis discretæ, quod est totum, et aliud quod est quantitatis continuæ, quod est quantum. Et ideo non potuit describi sicut qualitas.

Sed si tu quaeras quare aliqualem notificationem non ponit de ipsa quantitate, cum posuerit de substantia, et etiam inferius ponet de relatione et aliis, ad hoc dicendum quod multiplicis non est definitio. Nunc autem quantitas multipliciter dicitur, ut patet per Aristotelem in littera, qui dicit quod quaedam sunt quantitates per se et quaedam per accidens; quare etc.

2. quam] *om.* P 6. definire] describere F 8. totum] quot in *mg.* F 9. describi] definiri sive describi F

1-2. Aristoteles Cat. 8 8b25-6: Qualitatem vero dico secundum quam quales quidam dicimur. 13-5. Aristoteles Cat. 6 5b9-11: quare solae proprie et secundum se ipsae quantitates dicuntur quae dictae sunt, aliorum vero nihil per se, sed, si forte, per accidens.

Quaestio 44

Praeterea dicit Aristoteles quod quantitati nihil est contrarium. Contra: album est quantitas, ut ipsemet dicit in littera, cui in genere est contrarium; videtur ergo male dicere.

Item dicit quod quantitas non suscipit magis et minus.

Ad ista duo dicendum insimul quod duplex est quantitas, proprie et per se, et alia per accidens. Unde primo modo quantitas non suscipit magis et minus, nec habet contrarium; quantitas autem per accidens bene potest, quia nec est proprie quantitas nec per se. 5

Et sic ad ista.

4. et minus] *om. F*; Contra quod arguitur per medium secundum quam album est quantitas et suscipit magis et minus, ergo, etc. *add. F* 9. ista] aliud *F*

1. Aristoteles Cat. 6 5b12: Amplius quantitati nihil est contrarium 2. Aristoteles Cat. 6 5b6-8: album quantum sit assignans superficie definit (quanta enim fuerit superficies, tantum esse album dicitur). 4. Aristoteles Cat. 6 6a20: Sed non videtur quantitas suscipere magis et minus. 5-6. Aristoteles Cat. 6 5b9-11; cf. supra q.43,13-5

Quaestio 45

Ultimo quaeritur de hoc quod dicit quod proprie proprium est quantitati secundum eam aequale vel inaequale dici.

Contra: proprie proprium est quod omni contingit et semper et soli. Nunc autem ista proprietas non contingit omni quantitati, quia non contingit unitati; unitas enim nec est aequalis nec inaequalis est; 5 quare male videtur dicere.

Ad quod dicendum quod tu supponis falsum in arguendo. Supponis enim quod unitas sit quantitas, quod falsum est, cum sit principium quantitatis. Nam sicut principium lineae non est linea, sic /P96va/ nec principium quantitatis est quantitas. 10

Et sufficient haec.

3-4. quod...soli] quantum contingit cum semper etc. *P*; quod contingit omni et semper *F*
 4-5. quia...unitati] *om. F* 5. enim] autem *P* 5. est 1...est 2] aequas dicitur *P*
 8. cum sit] sic cum *P* 11. haec] de quantitate *add. F*

1-2. Aristoteles Cat. 6 6a26-7: Proprium autem maxime quantitatis est quod aequale et inaequale dicitur. 3-4. Porphyrius Isagoge c. 12.17 (19.22-20.1): quantum vero <proprium est> in quo concurrat et soli et omni et semper

Quaestio 46

/F6ra/ *Ad aliquid vero talia dicuntur, etc.*

Primo quaeritur utrum relatio sit ens.

1. Et videtur quod non. Quod est dispositio non entis penitus non est ens; relatio est huiusmodi; ergo est non ens. Maior patet quoniam dispositio non habet esse nisi per suum disponibile, sicut nec accidens nisi per suum subiectum. Minor etiam patet quoniam oppositio, quae est quaedam relatio, est dispositio non entis in comparatione ad ipsum ens.

2. Item nihil est medium inter duo contradictorie opposita, sicut vult Aristotelem primo Posteriorum; nunc autem oppositio quae relatio est, est medium inter contradictorie opposita, est enim medium inter affirmationem et negationem; ergo relatio est non ens.

3. Item illud quod adest alicui, nulla transmutatione facta in ipso cui advenit, id non est ens; nunc autem relatio advenit alicui, nulla transmutatione facta in ipso, ergo est non ens. Maior patet, illud enim quod adest alicui, si illud sit ens, transmutationem facit in eo cui adest; ergo si illud fit, et nullam transmutationem faciat in eo, illud est non ens, ut videtur. Minor etiam declaratur: ponamus enim Socratem esse album et nullum alium; tunc si ita sit quod Plato fit albus, iam erit relatio in Socrate respectu Platonis, quia et similitudo erit unius ad alterum, et tamen nulla transmutatio fit in Socrate; ideo etc.

Oppositum patet intentione Aristotelis.

Ad hoc dicendum est quod relatio secundum intentionem Aristotelis est ens, et quod inter omnia praedicamenta debilissimam entitatem habet relatio. Cuius probatio est quoniam natura relationis est se habere per respectum ad aliud, et cuius esse respicit aliud, et dependet ad aliud. Cum igitur hoc esse habeat relatio, videtur quod inter omnia alia praedicamenta debilissimam entitatem habeat.

Et si tu arguis quod similiter alia accidentia dependentiam habeant ad subiectum, et nullum esse habent praeter subiectum, ergo etc., dicendum quod quamquam alia dependeant ad subiectum, dependentia tamen ipsorum terminatur per subiectum eorum in quo sunt, et nihil aliud requiritur praeter illud. Sic autem non est de relatione, quia quamquam dependeat ad subiectum eius, tamen dependentia illa sufficienter non terminatur per subiectum, sed ulterius requiritur aliud sicut terminus. Et ideo cum maxime dependeat, minorem enti-

tatem habet. Similiter, cum diversimode requirat aliud praeter subiectum in quo est ab actione et passione, quae similiter requirunt aliud praeter illud in quo sunt, sicut videbitur inferius, minorem entitatem habet quam actio et passio.

40

Probatio primi est, scilicet quod relatio est ens: quoniam illud per quod aliquod ens actu habet dependentiam ad aliud ens actu, illud habet esse; talis autem est relatio. Pater enim, cum sit aliquod ens actu, per respectum quem habet ad filium dependet ad ipsum /P96vb/ filium; ideo relatio est ens.

45

1. Ad rationes in oppositum, cum dicitur quod illud quod est dispositio non entis, etc., dicendum quod verum est. Sed hoc modo accipiendo minorem falsum est, relatio enim non est dispositio non entis penitus. Oppositio enim non est dispositio non entis nisi per comparisonem ad ens. Quia tamen adhuc alio modo accipiendo maiorem procederet contra Aristotelem, sc. dicendo sic: quod est dispositio non entis est non ens, relatio est huiusmodi, ergo etc.; dicendum quod illud quod est dispositio non entis in quantum non ens, est non ens. Et cum dicitur quod relatio vel oppositio est huiusmodi, dicendum quod non est dispositio non entis in quantum non ens, sed per comparisonem ad ens. Immo etiam oppositio est in ente tamquam in subiecto, et non in non ente. Cuius probatio est nam oppositio est diversitas; diversitas autem et identitas sunt de entibus, ut dicitur quinto Metaphysicae; ideo diversitas est in ente.

50

55

Item adhuc videtur quod diversitas sit in ente ut in subiecto, sive oppositio, quoniam ad hoc quod aliquid sit diversum ab alio, oportet quod habeat aliquid in se per quod differat ab illo. Hoc autem modo dicitur ens diversum a non ente, habet enim aliquid in se per quod differt a non ente. Ideo oppositio sive diversitas est in ente. Et sic ad illud.

60

65

2. Ad aliud cum dicitur quod nihil est medium inter duo contradictorie opposita, dicendum quod aliquid potest esse medium inter duo contradictorie opposita dupliciter: aut ita quod illud medium sit aliqua natura inter illa, ratione differens ab utroque extremorum; et sic dico quod non est aliquod medium inter ipsa. Alio tamen modo possumus dicere medium secundum communem rationem medii, quod medium dicit respectum unius ad alterum, et sic est oppositio medium inter affirmationem et negationem; et hoc modo non intellexit Aristoteles, sed primo modo.

70

3. Ad aliud cum dicitur quod illud quod advenit alicui, etc., 75
 concedatur. Et cum dicitur quod relatio advenit alicui, nulla
 transmutatione facta in ipso, verum est. Intelligendum tamen quod
 quaedam est transmutatio per se, quaedam autem per accidens.
 Transmutatio per se est quando fit transmutatio ab aliqua qualitate in
 aliam, ut ab albo in nigrum. Transmutatio per accidens est duplex. 80
 Aut ita quod fit transmutatio per accidens, transmutatione facta per
 se primo in se ipso, ut Plato cum sit nigrum transmutatur ad album,
 relative tunc se habet ad Socratem album, et sic erit transmutatio per
 accidens uno modo. Aut ita quod transmutatio non erit in se sed in
 alio, sicut Socrates albus, cum relative se habeat ad Platonem album, 85
 hoc non erit per transmutationem factam in Socrate, sed per transmu-
 tationem factam in Platone prius existente nigro. Unde quamquam
 relatio insit alicui, nulla transmutatione facta in se, potest tamen
 inesse ei transmutatione facta in aliquo alio. Et cum probatur quod
 Socrates non transmutatur, dicendum quod verum est transmutatione 90
 per se, nec per accidens /P97ra/ primo modo; tamen accipiendo
 transmutationem per accidens secundo modo, scilicet transmutatione
 facta in alio, hoc modo fit in relatione transmutatio, quia ad hoc
 quod Socrates albus se habeat relative ad Platonem nigrum, oportet
 prius fieri transmutationem in Platone a nigro in album. Et sic ad 95
 illud.

2-3. relatio...est] om. P 14. id...advenit 2] om. P 17. ergo...eo] om. P 20. et ...
 erit] cui similitudo est F 21. etc.] videtur quod relatio insit alicui P 26. respicit]
 recipit P 30. etc.] similiter talem entitatem habebunt F 39. videbitur] videbatur P
 41. quoniam] per P 47. etc....est] illud non ens videtur esse F 49. non 1...entis 2] non
 entis non est relatio F 51. maiorem] minorem F sc.] si P 57. in non ente] ente
 tamquam in termino F 58-9. diversitas 2...est] erit P 59. entibus] entis F; ~~deest~~ P
 60. diversitas] identitas P 64. a non ente 2] ab ente P; Non ens autem non habet
 aliquid in se per quod differat ab ipso ente. add. F 64. est] non est in non ente sed in
 mg. F 68. inter duo] iter. P 75. etc.] nulla transmutatione facta F 81. per
 accidens, transmutatione] om. F 84. in 2] quo add. P 88. relatio] non add. F
 91. nec] et a.c. P; sed F 95. in album] in alium P; quod in album F.

1. Aristoteles Cat. 7 6a36-8: Ad aliquid vero talia dicuntur quaecumque hoc ipsum quod
 sunt aliorum dicuntur 9-10. Aristoteles An. Post. I,2 72a12-3; Hamesse 312 (24):
 Contradictio est oppositio cuius secundum se non est dare medium. 23-5. Cf.
 Averroës In Metaph. XII, com.19, 306B: <relatio> est debilioris esse aliis praedicamentis.
 39. Cf. infra qq. 51-52.3-6; 29-33 58-9. Aristoteles Metaph. V,9 1018a12: Dif-
 ferentia vero dicuntur quaecumque diversa sunt, idem aliquid entia

Quaestio 47

Consequenter quaeritur utrum relatio sit res rationis.

1. Et arguitur quod sic, quoniam quod fundatur supra rem rationis est res rationis; ut videtur, relatio est huiusmodi; igitur etc. Minor patet quoniam oppositio fundatur supra affirmationem et negationem, quae sunt res rationis, et oppositio relatio est; ergo relatio est res rationis. 5

2. Item illud quod est a natura exit in esse per motum et transmutationem; nunc autem relatio non est per motum et transmutationem, quia dicit Aristoteles quinto Physicorum quod ad aliud non est motus; ergo relatio non est res naturae. Sed aut est res rationis aut naturae; sed non naturae, ergo rationis. 10

Oppositum arguitur, quoniam illud est a natura quod potest esse praeter operationem intellectus; relatio est huiusmodi; ergo est a natura. Maior manifesta est de se. Minor declaratur, quoniam cum Socrates albus relative se habet a Platonem album, circumscripto omni intellectu, adhuc relative se habent vel possunt habere. 15

Ad quod intelligendum est primo quid sit res rationis et quid res naturae. Res enim rationis est quae non potest haberi praeter operationem ipsius intellectus, sicut universale actu, scilicet genus et species etc. Intellectus enim agit omnia ista, et propter hoc ista sunt res rationis. Res naturae sunt quae possunt haberi de sui natura praeter omnem actionem ipsius intellectus, sicut homo et asinus et ea quae sunt a natura. Et hoc modo loquendo de re naturae, dico quod relatio dicitur esse res naturae, potest enim haberi praeter intellectum. Cuius probatio est: Socrates enim albus et Plato albus cum sint similes, semper erunt similes et relative se habebunt, etiam dato quod intellectus similitudinem non apprehendat. 20 25

Quidam tamen dixerunt de hoc cum quaeritur utrum relatio sit res rationis vel naturae, dicunt quod quaedam est relatio quae fundatur supra res rationis, sicut oppositio supra affirmationem et negationem, et talis relatio, ut dicunt, est rationis. Illud tamen non est verum, quoniam illa res quae fundatur supra res rationis non est aliquid fundatum a ratione supra ipsas res, sed per naturam talium rerum fundatur supra ipsas. Unde relatio quae est inter ipsa genus et species non fundatur supra istas res a ratione, sed per naturam quam 30 35

habet una istarum rerum respectu alterius fundatur relatio supra illas. Sed dicitur res naturalis, cum a natura talium rerum causetur. Cum hoc, verum est quod si a ratione fundaretur supra istas res tunc esset res rationis, sicut ipsi dicunt.

Et hoc potest declarari in simili. Si enim tangam tintinabulum in campana, quod percutiam ipsum, hoc est a voluntate mea; /F6rb/ quod autem ex percussione generetur sonus, hoc non est a voluntate nec a ratione /P97rb/ aliqua, sed per naturam istorum duorum adinvicem se tangentium. Et propter hoc licet relatio posset fundari supra res rationis, quae dicuntur esse a ratione, quia tamen a ratione non fundatur in istis rebus, sed per naturam repertam in illis, hinc est quod non videtur relatio dici res rationis, sed potius res naturae.

1. Et per hoc patet solutio ad primam rationem. Non enim sequitur quod si sit fundata supra res rationis quod sit res rationis, nisi ita sit quod a ratione fundetur supra ipsas.

2. Ad aliam rationem cum dicitur quod illud quod est a natura etc., verum est per se vel per accidens. Et cum dicitur quod relatio non est huiusmodi per Aristotelem, dicendum quod licet non exeat in esse per transmutationem in se ipso, exit tamen per transmutationem factam in alio. Et sic ad aliud.

3. est res rationis] est rationis s.l. P 15. omni] cum exp. P 16. vel] et PF 26. etiam] et PF 27. non] om. F 31. ut...rationis] non dicit res rationis P; non exp. dicit res rationis F 33. a ratione] om. P 34. inter ipsa] supra ipsas (in mg.) res quae sunt F; inter ipsas P a.c. 35-7. a...naturalis] om. F 38. quod] et P; quia (in mg.) F 39. ipsi dicunt] ipse dicit P; ipsae res F 40-1. in campana] cum pane F (!) 41. quod] quod autem P; et F 55. factam in alio] per accidens F

9-10. Aristoteles Phys. V,2 225b13: Neque est <motus> in ad aliquid.

28-31. Cf. pseudo-Aegidius Romanus Expositio in Artem Veterem (Venetiis 1507) 23va, "utrum <relatio> sit ens naturae", argumentum pro parte negativa: Et videtur quod sit ens rationis tantum, nam illud quod est in ente rationis tamquam in subiecto est ens rationis; sed relatio habet esse in ente rationis ut in subiecto, quia oppositio quae est quaedam relatio est in affirmatione et negatione, quae sunt entia rationis; ergo relatio est ens rationis.

Quaestio 48

Consequenter quaeritur utrum relatio sit substantia.

1. Et videtur quod sic, quoniam illud quod est in aliquo in quo nullum est accidens videtur esse substantia et non accidens; relatio est huiusmodi; etc. Probatio minoris est: relatio est in primo creatore quoniam creator relative se habet ad creaturas, et in ipso nullum est accidens quia quicquid est in ipso est ipsum primum per essentiam suam. Maior de se patet. 5

2. Item eiusdem ad seipsum non est accidentalitas; sed eiusdem ad seipsum est relatio; ergo relatio non est accidens. Maior patet quoniam idem non accidit sui ipsi. Minor etiam patet quia eiusdem ad seipsum est identitas; identitas autem est relatio; ideo eiusdem de seipso erit relatio. Et sic relatio non erit accidens. Sed est accidens vel substantia, et non accidens, ergo substantia. 10

Oppositum arguitur. Illud quod advenit alicui post suum esse completum, illud est accidens ei, ut patet de se; relatio est huiusmodi; ergo relatio est accidens. Probatio minoris: pater enim prius habet esse quam dicatur ad filium relative, et etiam accidit sibi quod habeat filium, et sic accidit sibi relatio post suum completum esse; ergo etc. 15

Ad quod dicendum est quod relatio est accidens, quod probat ratio ad hoc adducta: "illud quod advenit alicui" etc. 20

1. Ad rationes respondendum. Cum dicitur illud quod est in aliquo etc., dicendum quod cum relatio sit in primo, sine dubio non est in ipso sicut in subiecto nec sicut aliquod compositum suae essentiae; sed est in ipso tamquam in causa efficiente, et non tamquam in subiecto, cum ipse sit causa omnium creaturarum. Et hoc est quod ipse creator relative se habet ad suas creaturas, nec talis relatio sive accidens repugnat simplicitati suae, quia tale accidens non est compositum ei sicut albedo composita est suo subiecto. 25

2. Ad aliud cum dicitur quod eiusdem ad seipsum etc., dicendum quod verum est quod eiusdem ad seipsum secundum substantiam non est accidentalitas; eiusdem tamen diversificati secundum rationem, scilicet secundum quod se habet in ratione subiecti et in ratione termini, bene potest esse accidentalitas, et sic est relatio. 30

7. suam] quare non videtur relatio esse accidens. Hoc est declaratio minoris add. F
18. esse] om. P 18. etc.] relatio est accidens F 20. etc.] post esse completum est

accidens. Nunc autem relatio est huiusmodi. Relatio enim accidit patri et cuilibet alii post suum esse completum; ergo relatio est accidens. Accidit enim quod pater dicitur ad filium **F** 22. etc.] in quo nullum est accidens, illud non est accidens **F** 24. in causa efficiente] causa efficiente **P**; in efficiente **F** 28. ei] suae simplicitate **F** 28. albedo] album **F** 29. etc.] non est accidens **F** 32-3. et...relatio] bene potest esse accidens, vel in ratione termini, et hoc modo est relatio; ergo, etc. Et sic ad aliud **F**

19-20. Cf. supra .14-18

Quaestio 49

Consequenter quaeritur, cum sit suppositum quod creator relative se habeat ad creaturas, utrum hoc sit verum.

1. Et videtur quod non. Sicut dicit Aristoteles, relativa sunt simul a natura; ista autem non sunt simul natura; ergo non sunt relativa. Minor patet quoniam /P97va/ creator prior est quam creatura. 5

2. Item relativa sunt in eodem genere; sed primus creator, qui est deus, non est in genere; igitur etc.

3. Item relativa opponuntur ad se invicem; ista autem non, nullum enim ens opponitur suo creatori; ergo non sunt relativa.

In oppositum patet, creator enim relative dicitur ad creaturas. 10

Item causa relative se habet ad suum effectum; sed creator causa est creaturarum; ergo etc.

Ad quod dicendum est quod quidam est respectus mutuus ipsius creatoris ad creaturas, scilicet quod ipsae creaturae ipsum principium respiciunt tamquam suam causam, et ipse creator ad ipsas se habet et ipsas respicit tamquam causa suum effectum; hinc est quod videtur esse relatio inter illa. 15

Intelligendum tamen quod inter ipsa non est relatio identitatis, sicut similis ad simile, sed est ibi relatio diversitatis. Comparantur enim ista ad ipsum sicut effectus ad causam, et ideo cum effectus diversus sit a causa, et diversimode se respiciunt, inter illa erit relatio diversitatis. 20

1. Ad argumentum in oppositum, cum dicitur quod relativa sunt simul a natura, posset dici quod verum est de relativis aequiparantiae et superpositionis et huiusmodi, sicut solebat dici; istud tamen non videtur verum esse. Immo dicendum quod omnia relativa sunt simul natura, scilicet quantum ad illud supra quod fundatur ipsa relatio, non tamen oportet quod secundum rem vel substantiam relativa sint 25

simul natura. Et sic dico quod creaturae et ipse creator secundum
quod considerantur sub ratione causae et effectus dicuntur relativa 30
simul natura. Non tamen simul natura sunt secundum id quod sunt;
immo secundum naturam prior est ipse creator quam ipsae creaturae,
nec hoc modo oportet quod sint simul natura.

2. Ad aliud cum dicitur quod relativa sunt in eodem genere,
dicendum quod relativa secundum quod relativa sunt in eodem ge- 35
nere. Non tamen oportet quod res subiectae relationi sint in eodem
genere. Videmus enim quod supra quantitatem fundatur ipsa relatio,
et supra qualitatem etiam, et tamen ista non sunt in eodem genere.

3. Ad aliud cum dicitur quod relativa opponuntur etc., intelli-
gendum est ad hoc quod relativa oppositio differt in duobus a con- 40
traria et contradictoria oppositione et privativa. Quoniam in omnibus
istis unum extremum oppositionis removet reliquum, sicut album re-
movet nigrum, et affirmatio negationem, et visio caecitatem, et econ-
trario. Differt etiam in hoc quod utralibet istarum oppositionum
unum extremum habet in ratione perfecti respectu alterius, sicut af- 45
firmatio respectu negationis, et sic de aliis. Hoc autem non reperitur
in oppositione relativa, et ideo dicendum quod quamquam creaturae
non opponantur creatori oppositionibus praedictis, possunt tamen re-
lative opponi.

12. ergo etc.] videtur quod creator et creatura relative se habeant **F** 16. respicit]
respiciat **P** 24. quod] sicut alibi(?) dicitur(?) **F** 28. vel substantiam relativa]
subiectam relativa **P**; vel substantiam rationis **F** 31-2. Non...prior est] non...prius
est **F**; secundum autem quod consideratur secundum rem subiectam, prior est **P**corr in
mg. 39. etc.] ad se invicem, ista autem non opponuntur. Nam primo enti nihil opponi-
tur **F** 40-1. in duobus...privativa] a contraria compositione et a contradictoria et priva-
tiva **F** 45. extremum] se add. **P** 45-6. affirmatio] se habet primo modo per se add. **F**

3-4. Aristoteles Cat. 7 7b15: Videtur autem ad aliquid simul esse natura.

Quaestio 50

Tunc quaeritur utrum relatio requirat duo extrema.

1. Et videtur quod non, quoniam ad esse accidentis sufficit quod
sit in subiecto; relatio autem est accidens; /P97vb/ ergo ei sufficiet
esse in subiecto, et sic relatio non requirit duo extrema.

2. Praeterea identitas non requirit duo extrema; sed identitas est 5
relatio; ergo etc.

Oppositum patet per Aristotelem qui dicit quod relatio exigit duo
extrema, quoniam relativa sunt quorum esse est ad aliud se habere, et
sic videtur quod relatio exigit duo extrema.

Ad quod dicendum quod relatio exigit duo extrema, et ratio huius 10
est quoniam relatio dicit habitudinem unius ad alteram, secundum
quam unum ens refertur ad aliud. Relatio enim est quae consistit in
quodam respectu unius ad alteram. Et propter hoc vult Aristoteles
quinto Metaphysicae quod relatio inter omnia praedicamenta debilis-
simam habet entitatem. Et sic cum in quodam respectu consistit, vi- 15
detur quod exigit duo extrema quae se invicem respiciant. Sciendum
tamen quod si ipsa relatio consideretur secundum quod extrema sua
sunt actu, sic ea dicitur habere actu. Si autem extrema sint in poten-
tia, sic ea dicitur habere in potentia. Si autem consideretur relatio
secundum quod est sub imaginatione, sic extrema sua sunt sub 20
imaginatione.

1. Ad argumenta in oppositum dicendum. Cum dicitur quod suf-
ficit accidenti etc., dicendum quod duplex est accidens. Quoddam
enim est accidens absolutum quod nihil aliud requirit nisi esse in
subiecto. Aliud autem est accidens respectivum, quod non solum re- 25
quirit subiectum in quo est, sed etiam aliud praeter subiectum. Tale
autem est relatio. Ideo relatio duo extrema exigit, licet accidens
absolutum non exigit nisi unum subiectum.

2. Ad aliud cum dicitur quod identitas etc., dicendum quod licet
identitas non exigit duo extrema diversa /F6va/ secundum substan- 30
tiam, nihilominus exigit diversa secundum rationem, et hoc patet de
definitione et definito, quia licet simpliciter eadem sint secundum
substantiam, diversa sunt tamen secundum rationem. Et sic patet
quod identitas exigit diversa secundum rationem.

5. Praeterea...extrema] om. P 5. extrema] cum sibi sufficiat esse in una add. F
5. sed] exp., et cum(?) in mg. P corr. 20. sic] sint P 23. etc.] quod sit in subiecto F
24. nihil...nisi] nihil requirit P 26. praeter subiectum] subiectum P; ut terminum
add. Pcorr in mg. 27. autem] accidens add. F 31. diversa] duo extrema F
34. identitas ... rationem] quamquam identitas non exigit duo extrema diversa secun-
dum substantiam, tamen bene potest secundum rationem F

7-8. Aristoteles Cat. 7 6b7-8: Ad aliquid ergo sunt quaecumque id quod sunt aliorum
dicuntur vel quomodolibet aliter ad aliud. 13-15. Cf. supra 46.23-5.

Quaestiones 51-52.

Consequenter quaeritur utrum relatio quae est inter duo extrema, sicut inter Socratem album et Platonem, sit eadem numero.

1. Et videtur quod sic, quoniam magis differunt actio et passio circa subiectum quam relatio quae est inter duo extrema; sed actio et passio sunt eadem numero in subiecto in quo sunt; ergo relatio inter duo extrema erit eadem numero. 5

Oppositum arguitur quoniam accidens numeratur numeratione subiecti; sed nunc ita est quod in relatione sunt diversa subiecta numero sicut duo extrema; ergo relatio quae est inter illa erit diversa numero.

Ad hoc dicunt quidam quod relatio quae est inter duo extrema est eadem secundum numerum. Et ratio huius est quoniam relatio quae est in altero extremo sicut in subiecto, illa eadem relatio est in altero extremo sicut in termino. Et sic relatio est eadem numero. 10

Illud tamen non videtur verum. Quia pater relative dicitur ad filium. [52] Quaero tunc utrum relatio per quam se habet pater ad filium relative sit in patre vel in filio, et planum est quod in patre. Et similiter filius /P98ra/ relative se habet ad patrem, et ista relatio est in filio et non in patre. Nunc autem istae duae relationes sunt diversae, sicut paternitas et filiatio, igitur relatio inter illos non est una et eadem numero, sicut visum est; et hoc est verum in omnibus aliis relativis. 15 20

Ad hoc etiam intelligendum est quod non solum talis relatio differt in numero, sed etiam quaedam est quae differt in specie, sicut paternitas et filiatio. Omnis tamen relatio est eadem genere, quia omnis relatio est in genere relationis. Attamen relatio qua refertur Socrates ad Platonem album est alia relatio quam qua refertur Plato albus ad Socratem album, quoniam una est in Socrate et alia in Platone. Ideo non est una numero sed diversa. 25

1. Ad argumentum in oppositum dicendum. Cum dicitur quod magis differunt actio et passio etc., dicendum quod magis differunt quantum ad essentiam; magis tamen conveniunt quantum ad illud esse quod habent in subiecto, in quo actio et passio eadem sunt, et etiam 30

utralibet sunt eadem numero cum subiecto in quo sunt. Non autem sic est de relatione, quoniam nec unum subiectum habet, ut superius probatum est.

35

13. relatio] quae est inter duo extrema **add. F** 14. verum] immo, ut videtur, sunt diversa numero **add. F** 15-6. se habet pater ad filium relative] relative se habet ad ipsum **P** 16. patre 2] est et in filio **add. F** 23. filiatio] differunt in species **add. F** 26. Socrates] albus **add. F**

7-8. Aristoteles Top. I,7 103a29-31; Hamesse 322 (8): Accidens facit unum numero cum suo subiecto, unde accidentia numerantur numeratione subiectorum. 34-5. Cf. supra q. 50

Quaestio 53

Consequenter quaeritur utrum relativum sit genus.

1. Et videtur quod sic, quia illud quod definitur ibi, et pertinet ad omnia illa quae sunt in genere relationis, est genus; sed relativum est huiusmodi; ergo etc. Probatio minoris: relativum enim definitur ab Aristotele, et praedicatur de omnibus; ergo etc.

5

Oppositum arguitur quoniam nullum concretum est in genere, sicut vult Aristoteles tertio Topicorum; relativum autem est concretum; ergo etc.

Item genus dicit essentiam et quiditatem quorum est; relativum autem non dicit essentiam relativorum, quoniam includit in se diversas essentias, sicut subiectum et formam relativam; ergo etc.

10

Ad quod dicendum quod relativum non est genus, et ratio huius est illa quae adducitur ad hanc partem, scilicet omne genus dicit quiditatem et essentiam suarum speciarum et nihil plus. Quia si sic, tunc non praedicaretur de eis in quid. Nunc autem relativum, cum sit quoddam concretum, includit aliquod quod diversum est a relativis in quantum relativa sunt, scilicet subiectum. Et sic patet quod non sit genus, quia etiam importat diversas essentias, sicut dictum est.

15

1. Ad rationem dicendum. Cum dicitur illud quod definitur etc., dicendum quod Aristoteles ibi non definit relativum ut intelligat quod sit genus. Sed quia natura relationis accepta in concretione magis comparata est quam in abstractione sumpta, sicut dicit Averroës supra quintum Metaphysicae, ideo ipsam relationem definivit in concretione, non intendens per hoc quod relativum sit genus.

20

5. omnibus] pluribus relativus F 9. quorum est] eorum quae est genus F 11. etc.] relativum non est genus F 15. non] om. F 16. concretum] non solum dicit essentiam relativorum quae continentur in ipso, sed etiam add. F 18. sicut dictum est] quae diversis generibus continentur, sicut subiectum relationis et ipsam relationem; igitur non est genus F 20-2. quod 2 ... quam] om. F 23. ipsam] puram(?) P 24. non] et s.l. F

4-5. Cf. Aristoteles Cat. 7 8a29-34. 6-7. Cf. Aristoteles Top. III,1 116a26-8; Hamesse 324 (42): ... accidens in concreto non est in genere praedicamenti per se. 21-3. Cf. Averroës In Metaph. V, com.20 (ed. Ponzalli) 172.56-178.80; cf. Aristoteles Metaph. V,15 1021a26-8; b3-4; Hamesse 126 (142): Quaedam relativa dicuntur esse natura quorum esse est ad aliud essentialiter comparatum.

Quaestio 54

Consequenter quaeritur utrum relatio sit genus generalissimum.

1. Et videtur quod non, quoniam relatio est ad aliquid; genus autem generalissimum non; ergo etc. Maior patet de se, quoniam relatio quendam respectum dicit. Minor declaratur quoniam si esset ad aliquid, aut esset ad aliquid superius, aut inferius, aut aequale. Non ad superius, quia supra generalissimum non est aliquid. Nec ad ali- 5 quid inferius, quia relativa sunt simul natura; superius autem prius est naturaliter suo inferiori. Nec ad aequale, /P98rb/ quia genus generalissimum non habet aequale sibi respectu eorum ad quae est genus, quia tunc non esset unum genus generalissimum, sed duo. 10

Oppositum patet per intentionem Aristotelis.

Ad quod dicendum quod relatio est genus generalissimum, cuius ratio est quoniam illud est genus ad aliqua plura, quod dicit essentiam et quiditatem illorum, et quod sumitur ex aliqua proprietate communi in qua conveniunt omnia illa quae sub ipso sunt; relatio autem est 15 huiusmodi. Relatio autem dicit totam essentiam ipsorum relativorum, et accipitur a communi proprietate, quae est habere se in respectu ad quoddam aliud, in qua proprietate conveniunt univoce omnia relativa. Relativum enim quodlibet dicitur per respectum ad quoddam aliud. Ex omnibus istis patet quod relatio est genus generalissimum. 20

1. Ad argumentum in oppositum dicendum. Cum dicitur quod relatio est ad aliquid, dicendum quod hoc non est verum, quia relatio est aliquid per quod unum ens dicitur habere respectum ad aliud.

3. non] est ad aliquid **add. F** 4. dicit] importat et denotat **F** 13. illud] quod **add. P**
 14. illorum] omnium contentorum sub ipso **F** 22. ad aliquid] genus generalissimum
 non est ad aliquid, ergo etc. **add. F** 22. quia] sed bene verum est quod **F**

Quaestio 55

Consequenter quaeritur utrum relatio habeat contrarium.

1. Videtur quod non, quoniam Aristoteles capitulo de quantitate dixit, "quomodo huic quod est ad aliquid erit aliquid contrarium?", quasi diceret nullo modo; sed relatio in solo respectu consistit; ergo non habebit contrarium.

5

2. Item solum habet contrarium ad quod fit motus; ad relationem autem non fit motus, ut dicit Aristoteles quinto Metaphysicae; ergo etc.

In oppositum Aristoteles hic.

Ad quod dicendum est quod eodem modo quo ad relationem est motus, eodem modo dicitur suscipere contraria; ita quod si per se ad relationem sit motus, per se inest ei contrarium, et si per accidens, per accidens. Relationis autem non est motus nisi per accidens, et numquam per se, quia eorum, super quae fundatur relatio, dicitur esse motus, sicut albi et nigri est motus per se. Sic per consequens relationis est motus per accidens; ideo per accidens potest habere contrarium.

15

1 & 2. Nec contra hoc concludunt rationes. Ideo patet solutio earum. Concludunt enim quod relatio non suscipit contrarium per se, et non aliud.

20

3. erit aliquid] quid erat **F** 13. per accidens 1] inest ei motus per accidens, inest ei habere contrarium **F** 15. nigri] super quae potest fundare **add. F** 20. et non aliud] quin per accidens possit suscipere contraria haec non concludunt **F**

2-3. Aristoteles Cat. 6 5b31-2: quod enim non est sumere per se ipsum sed ad solam alterius relationem refertur, quomodo huic aliquid erit contrarium? 6-7. Cf. Aristoteles Phys. V,1 225b5-9; Hamesse 152 (155): Motus tantum est in tribus praedicamentis quae sunt quantitas, qualitas et ubi. 9. Aristoteles Cat. 7 6b15: Inest autem et contrarietas in relatione

Quaestio 56

Consequenter quaeritur <utrum> relativa suscipiunt magis et minus.

1. Videtur quod non. Illud enim ad quod fit motus solum suscipit magis et minus, quia solum tale habet contrarium, quae contrarietas est causa suscipiendi magis et minus; ad relationem autem non est motus, ut patet quinto Physicorum; relatio igitur non suscipit magis et minus. 5

Oppositum dicit hic auctor.

Ad istud patet per solutionem praecedentis quaestionis. Quia cum ad relationem fit motus per accidens, suscipit contrarium per accidens; et per hoc quod aliquid suscipit contrarium, per hoc dicitur suscipere magis et minus. Cuius probatio est quod aliquid magis dicitur album quod minus permiscibile est cum suo contrario, et minus album quia magis permiscitur nigro, quod est ei contrarium. Et sic sicut relatio suscipit contrarium per accidens, sic etiam magis et minus. 15

1. Et patet ad illud.

3. non] per rationem eadem qua facta est prius add. F 6. Physicorum] Metaphysicae F
 10-1. contrarium per accidens] s.l. P 12. magis 1] maius P 16. minus] per accidens add. F

5-6. Aristoteles Phys. V,1 225b5-9; Hamesse 152 (155): Motus tantum est in tribus praedicamentis quae sunt quantitas, qualitas et ubi. 8. Aristoteles Cat. 7 6b20: Videntur autem et magis et minus relativa suscipere.

Quaestio 57

Consequenter quaeritur utrum relativa sint simul natura.

1. Videtur quod non, quia scibile et scientia relative se habent, et tamen scibile prius a scientia, sicut ipse vult; ergo relativa non sunt simul natura.

2. Item Socrates senex /P98va/ et Socrates puer relative se habent quia differunt, et differentia quaedam relatio est. Cum igitur Socrates senex et Socrates puer non sunt simul natura, igitur nec relativa. 5

Oppositum patet per Aristotelem.

Ad quod dicendum est quod cum sint quaedam relativa per se, 10
quaedam vero per accidens; et relativa per se sunt simul natura,
relativa vero per accidens non sunt simul natura.

Ad cuius evidentiam intelligendum est quod ordo ipsarum rerum
causat ordinem relativorum, sed in rebus est triplex ordo. Sunt enim
quaedam res quae ordinantur quantum ad suum esse, ut scibile re- 15
spectu scientiae. Quamvis enim scibile non dependeat de se ad scien-
tiam, tamen scientia dependet ad scibile tamquam ad illud per quod
mensuratur quantum ad suum esse, non tamen tamquam ad quantita-
tem; et talia, cum uniformiter non dependeant ad se invicem, non
sunt relativa per se. /F6vb/ Alia autem sunt quae ordinantur ad 20
aliud tamquam ad illud per quod mensuratur secundum sui quantita-
tem, sicut duplum et dimidium. Sicut enim duplum comparatur ad
dimidium tamquam eius mensura secundum quantitatem, sic dimi-
dium comparatur ad duplum, et sic est mensura eius secundum quan-
titatem; et secundum istum ordinem attenditur unus modus relationis, 25
et talia sunt relativa per se, et dicuntur esse simul natura, cum
uniformiter dependeant inter se. Aliae autem sunt res quae ordinan-
tur secundum virtutes activas et passivas, sicut calefactibile ad
calefactionem; et secundum istum ordinem accipitur alius modus rela-
tionis, et talia relativa sunt simul natura et sunt relativa per se. Unde 30
relativa quae accipiuntur a primo ordine rerum relativa sunt secun-
dum accidens, nec oportet quod sint simul natura, et de istis intellexit
Aristoteles; talia autem sunt scibile et scientia et huiusmodi.

1. Ad primum argumentum patet. Visum enim est quod scientia 35
et scibile et huiusmodi non sunt simul natura, cum sint relativa se-
cundum accidens.

2. Ad aliud cum dicitur Socrates puer etc., dicendum quod relatio
aliquando consideratur secundum quod extrema sua sunt in re, et
tunc habet ipsa actu; aliquando autem fundatur supra extrema in re 40
non existentia, sed solum in anima, sicut relatio filii ad patrem
mortuum; fundatur enim ista relatio supra aliquid non existens in re
quantum ad alterum extremorum. Ipsa tamen anima apprehendit ali-
quid in ipso patre mortuo secundum quod respectum habet ad ipsum
filium, sicut paternitatem. Et sic est in Socrate sene et Socrate puero.
Licet enim ista extrema non sint simul in re, in anima tamen possunt 45
esse simul. Et sic ad illud.

2. et 1] in P 10-2. sint...natura] sit quaedam relativa omnia(?) sunt simul natura, non autem relativa per accidens P 15. ordinantur] ad aliud tamquam illud per quod mensuratur add. F 27. Aliae] iter. P 33. et huiusmodi] quae accipitur secundum alios ordines sunt relativa per se, et sunt simul natura F 42. extremorum] Unde licet alterum extremorum non sit in re add. F

2-3. Aristoteles Cat. 7 7b24: scibile enim scientia prius esse videtur. 5-6. Cf. Porphyrius Isagoge c. 8.10 (14.18-9): differt enim Socrates Platone alteritate et ipse a se vel puero vel iam viro. 9. Aristoteles Cat. 7 7b15: Videtur autem ad aliquid simul esse natura.

Quaestio 58

Utrum autem relatio habeat contrarium, et utrum suscipiat magis et minus, potest solvi aliter quam solutum est, sic:

Relatio enim in quolibet /P98vb/ genere praedicamenti potest recipi, sicut in genere substantiae, qualitatis, quantitatis, et sic de aliis. In genere substantiae, ut paternitas et filiatio; in genere qualitatis, ut similitudo; et sic de aliis. Si autem relatio recipiat magis et minus vel contrarium, vide si illa <res> supra quam fundatur relatio suscipiat contrarium vel magis et minus. Quoniam si sic, tunc sine dubio relatio fundata supra illam rem suscipit magis et minus et contrarium, per accidens tamen, quoniam per illam rem supra quam fundatur quae suscipit magis et minus. Et patet in hoc quod est simile, simile enim suscipit contrarium et magis et minus per rem illam supra quam fundatur. Si autem res illa praedicamentalis supra quam fundatur relatio non suscipit magis et minus nec contrarium, tunc relatio supra illam fundata nec contrarium nec magis nec minus suscipiet. Et hoc patet manifeste in praedicamento substantiae et quantitatis. Et quia res quae est in praedicamento substantiae vel quantitatis non suscipit magis nec minus nec contrarium, similiter relationes super ipsas fundata <non> suscipiunt magis et minus nec contrarium. Et <si> illae res susciperent, et relationes similiter, sed tamen hoc esset per accidens, ut visum est supra.

1. magis] maius P 6. similitudo] et differendo add. F 8. magis] maius P 8-13. Quoniam...fundatur 1] om. F 11. Et] ut P; deest F 18-20. similiter...similiter] et sic de aliis praedicamentis quorum res non suscipiunt contrarium nec magis nec minus. Ideo relationes fundatae supra res huiusmodi non suscipiunt hoc, quoniam si susciperent,

et ille res suscipere F
relatione sufficiant add. F

20. sed tamen hoc] licet tamen P

21. supra] Et hoc de

2. Cf. supra qq. 55 & 56.

21. Ibid.

Quaestio 59

Qualitas est secundum quam quales dicimur, etc.

Circa primum capitulum de qualitate quaeruntur quaedam, et primo quaeritur utrum differentia substantialis sit qualitas.

1. Et quod sic, videtur: omne illud cui convenit definitio qualitatibus hic data est qualitas. Ista propositio videtur habere de se veritatem, quia cui convenit definitio et definitum. Sed definitio ista convenit differentiae substantiali, quoniam per rationale dicuntur esse res rationales, sicut per albedinem albi. Sic ergo est qualitas.

2. Item illud quod advenit alicui enti in actu ipsum denominans et qualificans est qualitas, quia qualitas est quae subiectum qualificat et denominat. Differentia autem substantialis advenit alicui enti in actu ipsum denominans et qualificans, quoniam advenit generi quod est ens per suam formam, scilicet animali. Animal autem per formam suam est aliquid in actu cui advenit rationale ipsum denominans et qualificans, ergo differentia substantialis est qualitas.

In oppositum, Aristoteles dividens ens in ens per se et ens per accidens, subdividit ens per accidens in novem praedicamenta: qualitatem, quantitatem, et sic de aliis quae omnia accidentia sunt. Cum autem qualitas sit accidens, differentia autem substantialis non sit accidens sed substantia, differentia substantialis non erit qualitas.

Sed ad istud est dicendum quod differentia substantialis non est qualitas secundum quod hic definitur qualitas. Cuius ratio est quoniam qualitas quae hic definitur est forma accidentalis quae advenit rei postquam est ens in actu; differentia autem substantialis non advenit rei enti in actu; immo dat entitatem et esse, quia sine forma substantiali res non habet esse in actu. Et sic differentia substantialis non est qualitas secundum quod hic /P99ra/ definitur.

1. Ad rationes in oppositum cum dicitur "illud est qualitas cui convenit" etc., distinguendum est de qualitate, quia quaedam est qualitas accidentalis, et quaedam substantialis, de quibus qualitas aequivoce dicitur. Tunc cum dicitur "illud est qualitas" etc., concedatur de

qualitate quae univoce participat definitionem istam; sed cum dicitur in minori quod ista definitio convenit differentiae substantiali, dicendum quod non univoce sed aequivoce. Et sic ad illud.

2. Ad aliud cum dicitur "quod advenit enti in actu" etc., concedatur; et cum dicitur differentia est huiusmodi, dicendum per interemptionem. Et cum probas quoniam advenit generi etc., dicendum quod non est verum quoniam animal non existit in actu praeter omnes formas essentielles; immo forma substantialis est illud quod facit animal esse actu, dico reali. Nihilominus tamen animal potest habere actum rationis. Et sic ad illud. 35 40

2-3. Circa...utrum] om. P 3. differentia] differentiae P 5-6. de se veritatem] veritatem deesse P 6. et...definitio 2] om. P 7. esse res] esse relationes P; om. F 8. ergo] om. P 9. quod] cui P 10. subiectum] substantiam F 12-5. quoniam ... qualificans] om. F 17. novem] decem F 24-5. rei...rei] om. P 25. dat] ei add. F 29. etc.] definitio qualitas hoc affirmata, et F 34. illud] aliud P 35. etc.] ipsum qualificans et denominans, illud est qualitas F 36. differentia] substantialis forma F 37. generi etc.] animali quod est ens in actu, et hoc per suam formam F 39. formas essentielles] suas formas substantiales F

1. Aristoteles Cat. 8 8b25: Qualitatem vero dico secundum quam quales quidam dicimur. 16-8. Aristoteles Metaph. V,7 1017a7-8; Hamesse 125 (130): Ens est duplex, scilicet per se et per accidens. Metaph. V,7 1017a25-7: Quoniam ergo praedicatorum alia quidem quid est significant, alia quale, alia quantum, alia ad aliquid, alia facere, alia pati, alia ubi, alia quando.

Quaestio 60

Consequenter quaeritur de prima specie qualitatis.

1. Et videtur quod habitus et dispositio non possunt facere primam speciem qualitatis nec aliquam aliam, quoniam contraria non possunt facere unum, ut album et nigrum, cum sint contraria. Habitus autem et dispositio sunt huiusmodi, quia contrarias habent proprietates et dispositiones, quod patet in textu, dispositio enim est de 5
facili mobile, habitus vero de difficili; ergo etc.

In oppositum: completum et incompletum non diversificant speciem; habitus autem et dispositio se habent sicut completum et incompletum, quia habitus completior est quam dispositio; ergo habitus 10
et dispositio bene possunt facere primam speciem qualitatis.

Ad hoc dicendum quod duplex est contrarietas: quaedam quae <est> in formis quiditativis, sicut est contrarietas quae reperitur inter album et nigrum, et talia contraria non possunt facere unum; est autem alia contrarietas quae non est in formis quiditativis sed in quibusdam dispositionibus contrariis, non vera contrarietate, sed contrarietate quae est esse completum et incompletum. Et talia contraria bene possunt facere unum, quia talia non diversificant species. 15

Tunc ad quaestionem. Cum dicitur utrum habitus et dispositio faciant unam speciem qualitatis, dicendum quod sic. 20

1. Et respondendum est ad rationem in oppositum. Cum dicitur contraria non faciunt unum, concedatur de contrariis quae sunt in formis quiditativis. Et cum dicitur in minori quod habitus et dispositio sunt contraria, dicendum quod verum est, non tamen in suis formis quiditativis. Licet formae contrariae sint in suis dispositionibus et proprietatibus, hoc tamen non est nisi contrarietate illa quae est <esse> completum et incompletum. 25

3. aliam] speciem **add. F** 4. facere] **om. P** 4. contraria] non possunt facere unum **add. F** 6. dispositiones] descriptiones **P**; contrarias **add. F** 7. etc.] ut videtur, dispositio et habitus non possunt facere unam speciem qualitatis **F** 8-9. speciem] quod patet, quia magis album et minus album non diversificant speciem **add. F** 11. primam] unam **F** 11. qualitatis] qualitatis, cum non diversificant speciem **in mg. F** 13. quiditativis] quantitatis ut videtur **P** 14. contraria] quae sunt contraria per formam quiditativis **add. F** 19-20. Cum...qualitatis] **om. P** 24. tamen] contraria **add. F** 25. Licet] aliquid **add. F** 27. completum et incompletum] complementum et incomplementum **P** **Post quaest. 61 in F:** Nota quod habitus in prima specie qualitatis, secundum quod est qualitas difficile mobilis est, praedicatur secundum quod est adiacentia eorum quae circa corpus sunt, ut dicitur in Sex principiis. **F**

6-7. Aristoteles Cat. 8 9a9-10: Quare differt habitus dispositione, quod hoc quidem facile est, illud vero diuturnius et difficile mobile.

nota ultima: Gilbertus Porretanus (attr.) Liber De sex principiis VII; Hamesse 307 (22): Habitus est corporum et eorum quae circa corpus sunt adiacentia, id est habitus, est dispositio derelicta a re habente ex adiacentia rei habitae ad habens.

Quaestio 61

Quaeritur adhuc, cum Aristoteles definiat qualitatem per quale, dicendo "qualitas est secundum quam quales quidam dicimur," quaeritur quare non sic definivit quantitatem superius, ut diceret quod quantitas est secundum quam quanti dicuntur vel toti.

Ad hoc dicendum quod in quantitate non potuit sumi denominativum univocum. Sunt enim in quantitate duo contraria principia, ut punctus et unitas, quae sunt principia quantitatis continuae et discretæ. Et a quantitate continua dicuntur quanti, a quantitate vero discreta toti.

Et si quis dicat quod tunc debuisset dixisse quod quantitas est secundum quam quanti vel toti dicimur, dicendum quod in definitione non debuit cadere disiunctio, ut patet in sexto Topicorum. Sed in qualitate reperitur univocum denominativum, igitur etc.

Iterum cum a qualitate dicuntur quales, quare pugillatores et cursores non dicuntur ab aliqua qualitate; et si dicatur quod non sunt nomina imposita illis qualitativis, quaeritur propter quid hoc est.

Ad quod dicendum est quod pugillatoria et cursoria duobus modis accipiuntur. Uno modo prout sunt potentiae naturales causatae a principiis substantiae; huiusmodi potentiae naturales habent principia nobis ignota. Nos autem non imponimus nomina rebus nobis ignotis; et propter hoc, huiusmodi potentia naturalis non habet nomen impositum. Et sic defectus nominis causa est quare non dicuntur cursores vel pugillatores ab huiusmodi potentiis naturalibus. Alio modo accipiuntur pugillatoria vel cursoria ut sunt nomina scientiarum per quas dicuntur esse pugillatores vel cursores, et hoc modo potest aliquid dici vel denominari ab eis.

P ordinem quaestionum 61 & 62 invertit 2. quidam] om. P 6. contraria principia] principia indivisibilia F 14-26. Iterum...eis] om. F 20. ignota] innata P; deest. F 26. eis] spat. vac. 4 lin. P

2. Aristoteles Cat. 8 8b25-6: Qualitatem vero dico secundum quam quales quidam dicimur. 3. Cf. supra q. 43. 11-2. Cf. Aristoteles Top. VI,7 146a21-4; Hamesse 329 (104): Item definitio data per conjunctionem copulativam et disiunctivam vituperanda est. 14-5. Aristoteles Cat. 8 10a30-5: In aliquibus vero, eo quod non sint posita qualitativis nomina, non contingit ea quae dicuntur ab eis denominative dici, ut cursor aut pugillator qui secundum valetudinem naturalem dicitur a nulla qualitate denominative dicitur.

Quaestio 62

Consequenter quaeritur utrum accidens in abstractione suscipiat magis et minus.

1. Et arguitur quod sic, quoniam quando aliqua duo formam unam participant, videtur quod si unum magis et minus suscipiat, et alterum; sed accidens in concrectione et accidens in abstractione eandem formam participant; ergo, ut videtur, cum accidens in concrectione magis et minus suscipiat, quod eodem modo accidens in abstractione suscipiat magis et minus. 5

In oppositum est /P99rb/ Aristoteles qui dicit quod accidens in abstractione non intenditur nec remittitur. 10

Ad quod dicendum quod forma vel accidens in abstractione, licet sit intentibilis et remissibilis, non tamen suscipit magis et minus. Et hoc non est inconueniens, quod sit intentibilis vel remissibilis et non suscipiat magis et minus. Est autem intentibilis et remissibilis eo quod in potentia est in subiecto; et tunc intenditur et remittitur per intentionem et remissionem sui subiecti. 15

Quod autem non intendatur nec remittatur potest sic probari: intendi aut remitti non est nisi ex virtute passiva subiecti; tale autem accidens in abstractione in subiecto non est. Ideo tale accidens non suscipit magis et minus. Quod autem suscipere magis et minus proveniat ex virtute passiva subiecti, probo: album enim dicitur esse subiectum informatum albedine, quod subiectum dicitur albius quanto plus recedit a natura sui contrarii, scilicet nigro; sed hoc non provenit nisi ex virtute passiva ipsius; et sic accidens in abstractione non suscipit magis et minus. 20 25

Totam quaestionem om. F. 21. probo] probatio P; deest F

9-10. Cf. Aristoteles Cat. 8 11a13-4